Statuimꝰ. ¶ Non diuiditur quia cōtinet vnū dictū. a ¶ Sup decimis. hic eſt argu. ꝙ in ſpūalibus poteſt interuenire tranſactio. liiij. di. generalis. ⁊. c. ex antiquis. ⁊. x. q. ij. caſellas. in fine. et. xxiij. q. iiij. ſi illic. ⁊. ĵ. de re. ꝑmuta. ad queſtiones. ſed contra j. q. ij. q̄ꝫ pio. ⁊. ī. de pac. cum pridem. ⁊. c. pactiones. ⁊. ĵ. eo. ꝯſtitutus. ⁊. ĵ. de re. ꝑmu. ad queſtiones. ⁊. c. vlti. et xvj. q. vij. decimas qual. ⁊. xiij. q. ij. in eccleſiaſtico. ⁊. j. q. j. placuit. ⁊. ĵ. eo. ſuper eo. Solutio in ſpūalibus tranſactio ꝓprio ſumpto vocabulo interuenire non poteſt: vt aliqḋ tempale detur pro ſpūali. quia ſymoniacū eſſet ⁊ ſic intelligunt̄ ꝯtraria hic ſignata. qḋ dicunt due ꝑme ꝯcordantie de ſeruo ordinato: ꝙ ibi poteſt interuenire tranſactio: non eſt verum: quia ibi non datur tempale ꝓ ſpūali: quia licet detur ne reuocetur in ſeruitutē: nil datur ꝓ ordine: nec aliqḋ ſpūale emitur: ſed emitur libertas ⁊ ſeruitiū corpale redimit̄ vt libere poſſit miſtrare: qḋ licet. xxxvj. q. j. de raptoribꝰ: ſicut duꝫ emitur terra vt ibi edificet̄ eccleſia qḋ licet. quia nō dicit̄ ꝓpterea emi eccleſia vel ſymonia cōmitti. c. caſellas. non obſtat nec dicit hoc: ſed dicit: ꝙ res eccleſie alienari non debent excepta cauſa captiuoꝝ: vt ibi dicitur: ſed non dicitur trāſactio. ſed ꝓprie captiuoꝝ redemptio: ⁊ datur pecunia recepta de rebꝰ et vaſis eccleſie ⁊ redimunt̄ captiui: ⁊ amicabil' compoſitio poteſt interuenire in ſpūalibꝰ vt hic dicit: ⁊. ĵ. de decimis. ex multiplici. ⁊. c. nuper. ⁊. c. dilecti. ⁊. ĵ. c. decetero. ⁊. c. ſuper eo. in fi. ⁊. ĵ. eo. veniens. b ¶ Eccleſiaſticā: quaſi dicat cū laicis non poſſent taliter cōponere. vt ex illa ſpūali qḋ eccleſijs debent. aliq̄d retinere poſſent: cum laicis ſpūalia poſſidere ſine periculo aīarū non licet. ĵ. de decimis. ꝓhibemꝰ: ⁊. xvj. q. vij. decimas: ⁊. ĵ. de preſcrip. cauſam que. Et ſic videt̄ ꝙ cum laicis non poſſit fieri compoſitio: vt minus ſoluāt: niſi papa auctoritatem preſtaret. ĵ. de ꝯfir. vtili. c. vlti. tamen ꝓpter vtilitatē eccleſiarū videtur licere ſaltem de auctoritate epiſcopi: quia ſic multum ꝯſulitur eccleſie: argu. ĵ. de his que fi. a prela. ſine ꝯſen. ca. cum apoſtolica.

Contigit. ¶ Cōmūis diuiſio. Secūda: ibi. Unde. Abbas. Si. c ¶ Litteras. Nota ꝙ abbas ſimplicit̄ ad agendū ꝯſtituitꝰ: ſine licētia capl̄i tranſigere nō pōt. C. ḋ trāſac. trāſactiōis. vñ ꝓcurator trāſigere nō pōt etiā ſi hr̄et gn̄ale mādatū ad agēdū. ff. ḋ ꝓcu. mādato. Uin. dicit ꝙ licet abbas vel aliꝰ ꝑlatꝰ nō poſſit trāſigere ſine ſpāli mādato: ad h̄ tñ pōt exercere actionē. ff. qḋ cuiuſqꝫ vniuerſi. l. vl. arg. ꝯ̄ expſſū ff. ḋ iu. deli. ait ꝑtor. vbi ḋr ꝙ ille q̄ nō p̄t alienare nō pōt rē in iudiciū deducere: ḋ h̄ ḋr. ĵ. ḋ ꝓcu. c. j. ſi tñ abbas ꝑter mādatū ꝓcuratoriū habeat lr̄as ḋ rato a capitulo ſuo ꝯtinētes ſimplicit̄: ꝙ q̄cq̄d ſup tali negocio fecerit: ratū hēbit: poteſt trāſigere: vt ſic notet̄ dr̄a int̄ litteras ꝓcuratorias ⁊ lr̄as ḋ rato. ĵ. ḋ reſ. do. cū dilectꝰ vbi ḋ h̄. ⁊ h̄ idē vr̄. qḋ dicit lr̄as ḋ rato: expone vt ibi dixi .i. mādatū ꝓcuratoriū ꝯtinens ꝙ etiā abbas trāſigere poſſet ſup queſtiōe: ḋ q̄ coram delegato agebat̄ cū illa clauſula: ⁊ q̄cq̄d ſup his ꝑ abbate factū fuerit capitulū ratū hr̄e ꝓmiſit. alr̄ ñ valeret talis trāſactio: vt dictū eſt: vel abbas habuit ſimplex mādatū tranſigēdi tm̄ coram delegato: ⁊ ita capitulū non poterat reuocare tranſactionē ex eo ꝙ nō ꝯſenſerat. vel dic vt in. ſe. notu.

d ¶ Annis. Hoc ideo dicit: q2 ſi tranſactio fiat ſm̄ formā iuris: poſt q̄drienniū reſcindi non pōt: ante vo poteſt: ſi eccleſia ꝓbaret ſe leſam. ĵ. de in inte. reſti. requiſiuit. alr̄ nō pōt venire ꝯtra tranſactionē etiam ſtati. C. ḋ trāſac. q̄ꝫuis ⁊ ſm̄ h̄ ſupple maxime. quia idē eſſet ſi non fuiſſet ſeruata: ⁊ hoc innuit littera que dicit capitulū ac ſi non ꝯſenſerit in eam non poteſt reuocare. quaſi diceret: non poterit eam reuocari. tanq̄ꝫ non conſenſerit: quia ꝯſenſit ꝯcedēdo litteras de rato. vel potius ꝯſenſit eam obſeruando. Si enim abbas non habebat mandatū de tranſigendo. ſtatim debebant contradicere monachi. ⁊ ideo eum impugnare non poſſunt quaſi non conſenſerint. ⁊ ꝙ dicit aliquot annis. ſupple maxime. quia idem eſt ac ſi ſemel ꝯſenſerint. ĵ. de arbi. per tuas. vnde de iure cōmuni non poteſt reuocari. ſed per in integrum reſtitutionem ſi non fuit aliquot annis. id eſt. quattuor ſeruata. ⁊ hec expoſitio probatur. C. de tempo. in integrū reſtitu. l. vlti. vbi habes ꝙ omnis reſtitutio tam maioris q̄ꝫ minoris infra q̄drienniū deberet fieri. ⁊ hoc eſt ꝯ̄ opinioneꝫ illorum qui dicunt ꝙ reſtitutio ſemper eſt danda ⁊ ante quadrienniuꝫ ⁊ poſt ⁊ quandocūqꝫ. argu. illius aduerbij ſemper. ⁊. ĵ. de in inte. reſti. c. j.

Conſtitutus in noſtra preſentia. ¶ Prima pars ponit partis querelam. Scḋa dat iudicem: ibi. Quis. Abbas Siculus.

111

a ¶ Preſtita.id eſt.iuramēto.qḋ non fuit obligatorium.quia ſup re illicita ⁊ ꝯtra leges ⁊ canones .C.ḋ leg.non dubiū.⁊.xxij.q.iiij.inter cetera.⁊.ꝭ.de iureiu. tua.⁊.ẜ.ti.proxi.c.vlti.⁊.ff.de pac.iuriſgentiū.§.ſed et ſi quis.ꝟ.⁊ generaliter ꝗtiens pactum a iure cōmuni ⁊c. vel ꝓprie intelligit . quia eque punit traſgreſſor fidei vt iuramenti.⁊.ꝭ.ḋ fideiuſſoribꝫ.peruenit.⁊.ꝭ. qḋ metus cau . ad aures. Item argu. ꝙ ſi nō tenet ꝓncipale nec acceſſoriū. ſi .ꝭ. de ſo. competen .ſi diligenti.⁊ ꝭ de fi. inſtrumen.inter dilectos . argu . ꝯtra ꝙ acceſſorium tenet ſed nō ꝓncipale.ꝭ. ḋ iureiuran.debitores.

b ¶ Audiatis Sed cuꝫ ſit trāſactio ſymoniaca quare non deponitur . imo contra iuramentuꝫ ſiue fidem ſuam auditur . Dicas ꝙ de gratia tm̄ auditur ad priſtinam cauſam. quia de iure deponi debuit.cuꝫ ipſe ꝯfiteret peccatum ſuū ⁊ turpitudinē ſuam.immo audiri non debuit contra factum ſuū ⁊ turpitudinem ſuam.ꝭ.de conceſ.preben.cum ſuper.⁊.ꝭ.de dona.inter dilectos.Sed videtur obſtare huic exceptio doli.cum vterqꝫ in culpa fuerit volendo ſeruare tranſac.ff.ḋ doli excep.apud celſū.§.marcellus.Preterea in pari caſu turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis. ff.de condi.ob turpem cau.l.ſi ob turpem.§.porro. Solutio.vterqꝫ de iure cōmuni puniri debet.ſed de iure poli.auditur.vt qḋ prauū eſt corrigatur.ꝭ.de re iudi.lator.⁊.c.ꝯſanguinei.ꝭ.de colluſio.c. j.⁊ cauſam preſtitit diſpenſationi.ne alter de dolo ſuo damnū alter ꝟo cōmodum ſentiret.⁊ ideo non admitteret hec exceptio doli.quia alius remaneret in dolo ⁊ in ſymonia.et propter hanc rationem contra exceptionē doli nō datur replicatio.vt in.§.marcellus.

De cetero. ¶ Aliter poteſt ſic ſummari. Tranſactio facta ſine auctoritate epiſcopi ſuper eccleſia ſi non eſt iuri ꝯtraria non eſt per epiſcopū reprobanda:ſed ſi per eum cenſus eccleſie imponitur nō excedit vitam tranſigētis.Primo ponitur queſtio.Secundo ſolutio:ibi.Si compoſitio . Et ibi duo dicta: Secundū:ibi.Sed cenſus.Abbas Siculus.

c ¶ Extraordinariū.id eſt. delegatum.ſic. iij.q .iij. .§.ſpacium.ꝟ.ei autem.

d ¶ Contraria.quia ſi eſſet ꝯtraria iuri non toleraretur:ẜ.de elec.ſacroſancta.⁊.ẜ.ḋ offi. delega .ſi qn̄do.argu.ẜ.titu.proxi.accepimus.⁊.c.cum clerici.⁊.ꝭ.

ſopita fuit: ⁊ licet hincinde a fide preſtita firmata fuiſſet. eam tamen prefatus .A.ſeruare recuſat. ¶ Quia igit huiuſmodi tranſactiones: ſpeciem ꝯtinēt ſymonie.mādamus quatenus reuocata trāſactione in irritum: cau b ſam audiatis ⁊c.

Idem carnot.epō. Per tranſactioneꝫ factam ſine auctoritate epiſcopi poteſt prelatus ſed nō eccleſia conſtitui cenſualis.

De cetero noue Ca.V
c ris.ꝙ cū aliquis ad extraordinariū iudicem litterꝭ impetratis:cum aduerſario ſuo componit:poſtmoduꝫ in eccleſia de qua agit ius aliqḋ habiturꝰ: ¶ Si compoſi
d tio non eſt iuri ꝯtraria:non eſt a loci epō reprobāda.Sꝫ cenſus abſqꝫ auctoritate epiſcopali cui preeſt: eccleſie ſb ḃ ꝓtextu ſolutꝰ:vitā eiꝰ ꝗ ſoluerit ñ excedit.

I dē Ebora. archiepiſcopo ⁊ vigoriē.epo Qui fuit tranſactiōis mediator contra eam non auditur.

Ex litteris ve Ca.VI
ſtris accepimus:ꝙ cuꝫ olim inter.R.et.A.clericos ſuper eccleſia de vult. coram te frater epiſcope: qui iudex fueras delegatus. auctorita
e te.G.qui tunc eidem.A.pa
f trocinabat in cauſa .⁊ teſtis
g inſcriptus fuerat:tranſactio facta fuiſſet.poſtmodū idem G.ſe mentiens clericum: cuꝫ nondum eſſet in clericū tonſoratus. ſuper eadem eccleſia:tacito de tranſactione lit
h teras noſtras impetrauit. ¶ Cum autem idem.G. non
i inficiaretur : ſe tranſactioni interfuiſſe: ⁊ nondum fuiſſe
k tonſoratuꝫ: cū litteras iſtas obtinuit:ei ſuper predicta eccleſia ſilentiuꝫ duximus im

de colluſio.audiuimꝰ.⁊.ẜ.de maio.⁊.obedien.dilecti. ſi autem ꝑſona ſit iuri tenet.ẜ. eo. ſtatuimus.⁊ ꝭ. eo. ſuper eo.in fi. Et poteſt intelligi qḋ dicitur hic quando de ꝓuiſione ipſius iudicis ex officio ſuo ſine aliqua pactione partium ſtatutū fuit factum.⁊ iuſta cauſa interueniente. al's ſymoniaca eſſet .ꝭ.de preben.niſi ⁊ talis compoſitio perſonalis erit . nec tranſit ad ſucceſſorē illius qui ſoluit .ꝭ. eo.veniens.⁊.c. ꝓdicto .niſi cēnt quia cenſualem eccleſiaꝫ ꝯſtituere non potuit .ꝭ. de cenſi.ꝓhibemus . niſi facta fuerit auctoritate epiſcopi.vt dicit in fine. Uel dic ꝙ hoc ꝙ hoc capitulū locum habet. cum vna eccleſia agit cōtra aliam de ſubiectione.vel pro aliquibꝫ iuribus coraꝫ delegato. et compoſitio inde fiet coram delegato .⁊ qḋ dixit.ꝭ.cui preeſt.ſ. imperator.

Ex litteris ¶ Si beneficium qḋ per trāſactionē habet impetrat vt vacans ab eo qui fuit tranſactionis mediator:nonvalet impetratio.hoc dicit quo ad titulū.Prima pars narrat factum.Secunda diffinit:ibi.Cū autē.

e ¶ Patrocinabat.p hoc iuri ſuo tacite renūciare videbat. qui eni ſcient patrocinat petenti rem ſuam.ſibi ꝓiudicat .vt hic .⁊. ff.de inoffi. teſtamē.l.vlti.ſecus ſi ignorant.ff.de rei vendica.inter officium.⁊.C.ḋ rei vendi.re tua.⁊.C. de preſcrip.long.tempo.nec petentem.

f ¶ Teſtis ſcriptꝰ.in inſtrō trāſactiōis ⁊ nō in cauſa in qua pꝛocinabat.qꝛ ⁊ teſtis ⁊ aduocatꝰ in eadem cā eſſe nō debet.ij.q.vj.ſtatuēdū . Sꝫ querit an ob ħ ſolū ꝙ teſtis inſcptꝰ fuit.poſſit a petitiōe repelli. Uidetur ꝙ nō.qꝛ nō ob ħ iuri ſuo renūciare intelligit.ff. de pig.actio.caius.ſed ibi ignorabat qḋ ꝯtinebat in teſtō qḋ ſignauit caius cū ānulo ſuo. ſecus ſi auctaret ꝓſtitit.ff.de pigno.fideiuſſor.§.pater ſeij.⁊ ħ.

g ¶ Trāſactio.i.amicabil' cōpoſitio.ẜ.c.xxi.in fi.⁊ c.ſtatuimꝰ.⁊.ꝭ c.xxi.in fi.al's trāſactio ꝓpe ḋ re ſpūali fieri ñ pōt.ẜ.c.ꝯſtitutꝰ.⁊.ꝭ.c.xxi.qꝛ qḋ ſymoniacum eſſet.

h ¶ Impetrauit.ꝯ ipm.R.ꝯ quē fuerat aduocatꝰ.

i ¶ Inficiaret.⁊ ita ex ꝯfeſſiōe ꝓuicit.qꝛ cōfeſſus i iure ꝓ ꝓuicto hēt.ꝭ.ḋ ꝯfeſ.c.j.⁊ vl.⁊.C.eo.ti.l. vna. Ex duobꝫ dꝫ eni iſti ſuccūbere.qꝛ ꝓſtādo auctatē trāſactiōi iuri ſuo renūciauit.⁊ qꝛ mēdaciū dixit impetrādo ⁊ ꝟitatē occultādo.merito ꝗ ſilētiū ei impōit

k ¶ Tōſoratū.ꝗ lꝫ pꝰmodū tōſurā accepit.ñ ꝓfuiſſet ei argu.ẜ.de reſcrip.cū adeo.ꝓncipiū eni in talibꝫ ꝯſi

ponendum. Idem.

Super eccleſiaſtico benefi/cio nõ poteſt tranſigi: ſ; ami cabiliter componi. Ca. VII.

SUper eo qđ queſiuiſti: vtrũ de eccl'iaſtico bñfi cio in litigiũ deducto: poſſit fieri tranſactio? ¶ Tale da/mus reſponſum: ꝙ tranſigi a ſuper re ſacra ⁊ litigioſa non poteſt: etenim res ſacre: vt b poſſideantur aliquo dato vl' retento ſeu promiſſo: ſpecie; c credimus habere ſymonie d als ſi grat ⁊ amicabilit' int' ſe litigãtes cõponant: ſacris e canonib⁹ neq̃ꝗ dicim⁹ obui/are. Idem abbati de Stra/phor. ⁊ pori de febi.

Tranſactio facta de rebus eccleſie per prelatum ſine ſu/perioris conſenſu non obli/gat ſucceſſorẽ. Ca. VIII

VEniẽs ad aplice ſedis clemẽtiã: mgr gu. đ fa uil. ſua nobis inſinuatione mõſtrauit. ꝙ mõachi maior monaſterij: terras in parro/chia ſancte .M. de marchia excolunt. et ab eadem eccle/ſia coloni eorum: omnia ec/f cleſiaſtica tam neceſſaria ꝙ̃ voluntaria ſuſcipiunt ſacra/menta: ⁊ tamen eidem eccle/ſie decimas ſoluere contradi cunt. ⁊. ĩ. Arbitrant' autẽ ſe g poſſe tueri cuiuſdam trãſac/tionis pretextu: inter prefa/tos monachos et quendam ſacerdotem memorati gu. p̃/deceſſorem facte. vt de dua/bus carruatis terre: quas in dominio ſuo monachi tenẽt. tertiam tantum decimarum partẽ exſoluant. ⁊. ĩ. ¶ Mã/damus: quatenus niſi prefa/ti monachi: tranſactionem preſcriptam auctoritate apo h ſtolica confirmatam eſſe do/cuerint (cum alias inter per ſonas facta potius ꝙ̃ inter eccleſias videatur: ne pacta

derandũ ẽ. ſ. de elec. dudũ. vbi de h. ⁊. j. q. j. pncipat⁹

SUper eo. ¶ Quotidie allegat' iſte tex. Cõis di/uiſio. Scđa ibi. Tale. Ab. a ¶ Sup re ſacra. h euidẽter patet ꝙ de re ſacra ſiue ſpirituali trãſactio interuenire nõ põt. ſ. eo. cõſtitut⁹. ⁊. ĩ. e. pterea. ⁊. c. ex pte. neq; pactio: ſ. đ pact. pacti ones. ⁊. c. cũ pri/dem. ⁊ duob⁹ ſe/quẽtib⁹. ca. vt di ctum eſt: ⁊. ſ. e. ſtatuimus. ⁊ de/tur tpale ꝓ ſpi/ritualib⁹. ĩ. de re. pmu. c. vlti. S; ſi ſpũale det' pro ſpũali bñ tenet: ⁊ valet talis ꝑ/mutatio ſeu trãſ actio. ĩ. de re. per mu. ad q̃ſtiones vt ſic tm̃ det' ſpi rituale vl' remit/tatur pro alo ſpi ritali. Sed diſti gue vtrũ agat' đ re etia; ſpũali. q̃ petat' tanq̃ bñfi cium? an tanq̃ ꝓpetas? Si aga tur ſup bñficio. vt aliq̃s recipi/atur ad benefici um eccleſie. vel quantũ ad pla/tionem: tũc nul/la põt interueni re tranſactio ꝓ/prie: ſ; hoc nota uit dum dixit ec cleſiaſtico bñficio ĩ litigiũ deducto: q; ſymoniacũ eẽt. ⁊ q; talis titulus nõ habet' ex trãſactione: ſed ꝑ cano nicam inſtitutionẽ. ĩ. de inſti. ex frequẽtib⁹. ⁊. ſ. de re/nunc. admonet. ⁊. xvj. q. vij. nullus oĩno. Arg. ff. đ de/cu. herennius. Si vo res ſacra ſiue ſpũalis in litigiu; deducat' tanq̃ ꝓprietas: tũc bene põt interuenire trãſ actio: puta due eccleſie ſiue duo epi litigãt ſup aliq̃ ec/cleſia vel aliq̃bus: q; alter dicit illas ſibi ſubiectas. al/ter negat q̃ poſſidet: ibi poteſt interuenire tranſactio: quia ⁊ permutatio. ĩ. de re. permu. ad queſtiones. vt ſi vnus haberet vnam eccleſia; ⁊ alter aliam per tranſ/actionem: vel quia vnus epiſcopus aliqua ſpiritualia in eccleſia perciperet: ⁊ alius alia: hoc totum poteſt fi/eri per tranſactionem. Sic etiam poteſt intelligi ſ. e. ſtatuimus: potuit fieri diuiſio decimarũ inter partes. Quedam tamen ſunt in quibus non admittit' tranſa/ctio ſeu cõpoſitio. vt. ĩ. eo. ca. vlti. vbi de hoc. Bern.

b ¶ Dato. Tranſactio non procedit: vel non fit niſi aliquo dato vel retento vel promiſſo. vt hic dicit. ⁊. C. eo. titu. tranſactio. qui enim tranſigit quaſi de re du/bia ⁊ lite incerta. neq; finita tranſigit. ff. eo. l. j. Et iđ dixi dubia ⁊ etiã lite incerta. quia credit ſe habere bo/nam cauſam. alioquin ſi euidens eſſet calumnia nõ te net tranſactio. ff. de condi. inde. in ſum. j. rñ. neq; fini/ta ideo dixi. quia ſi finita eſſet cauſa per ſententiam a qua non eſſet appellatu;: poſtea non tenet tranſactio. ff. de condi. indebi. eleganter. §. ſi poſt rem iudicata;.

c ¶ Symonie. ſ. eo. conſtitutus. ⁊. ĩ. eo. preterea. et ca. ſequen. d ¶ Amicabiliter. ſ. eo. ſtatuimus. ⁊. c. decetero. ⁊. ĩ. eo. ca. proxi. et. ĩ. de deci. ex multiplici. ⁊ ca. nuper. e ¶ Canonibus: qui prohibent illici/tas pactiones. in ſpiritualibus. vt. ĩ. q. ij. q̃plo. et. q. j. eos. et. q. iij. ſi quis prebẽdas. cu; ſuis concor. ⁊. ſ. ca. pxi. c. fi.

VEniens. ¶ Prima pars ponit que/relam. Secũda dat iudices: ibi: Mãdam⁹. Ab.

f ¶ Neceſſaria Quedam ſacra/mẽta ſunt neceſ/ſaria. quedã vo/lũtaria. hec. diſ. ponitur. ĩ. q. j. §. notãdũ eſt. Sa cramenta neceſ/ſaria ſunt iſta. baptimus: con/firmatio: penitẽ tia: vltia vnctio: corpus chriſti. ⁊ ideo dicunt' ſa/cramenta neceſ/ſaria vel neceſſi/tatis. quia ſine iſtis homo ſalua ri non poteſt: ſi ex cõtẽptu omit tuntur ⁊ haberi poſſunt. Sacra/mentũ vo bapti ſmi in neceſſita/te a quocũq; põt recipi. dũmodo in forma eccleſie ꝯferat'. ſ. de ſum. tri. c. j. in fi. ⁊ de conſe. di. iiij. a quodã. ⁊ etiã penitẽtia. nã cõfiteri poſſunt cuicũq; in neceſſitate: iuxta illud. Cõfi temini alterutrũ peccata veſtra. Sacramẽta vo volũ/taria ſũt illa q̃ omittere nõ eſt peccatũ. que dignitatis ſacramẽta dicunt': vt in. §. ſed notãdũ. vt ſunt ordines qui a digniorib⁹ cõferunt'. id eſt epiſcopis. vel q; non niſi digni ad ordines aſſumẽdi ſunt. Itẽ mrimoniũ et ſine hmõi ſacramẽtis poſſum⁹ ſaluari. xxij q. iiij. §. vlt. ad fi. g ¶ Trãſactionẽ. i. cõpoſitionẽ. ĩ. eo. ſtatui/mus. ⁊. ĩ. de deci. ex multiplici. vbi ſimilis eſt cõpoſitio vel ꝓprie tenet'. h ¶ Confirmatã. ſed nunq̃d cõfir/matio pape tranſactione perſonalẽ facit realem: vt ſic imutet eius ſubſtantia. Videt' ꝙ ſic. q; auctoritas pn/cipis facit quandoq; ex nudo pacto actionẽ dari: ⁊ au/ctoritas legis hoc facit. argu. ff. de pactis. legitima. et quod confirmat' datur. ff. de verbo. ſigni. l. lege. obueni re. ⁊ pnceps vnit duas res in vnã naturã. C. cõia dele. l. ij. arg. ꝯ. xij. di. pceptis. ⁊. ĩ. de ꝯfirma. cũ dilecta. ⁊. c. vlti. Dic qđ hec trãſactio ab initio q̃tũ ad intẽtionem tranſigẽtiũ fuit realis. ſed ſacerdos ille h facere nõ po terat ſua auctẽ. nec ſucceſſorẽ poterat obligare ſine au/ctoritate ſupioris. arg. ſ. eo. decetero. ⁊. ca. contingit. ſi. habes. ĩ. de confir. vti. ca. penul. ⁊ ita confirmatio pa pe facit realem tranſactionem que quantum ad ipſas ꝑſonas ꝑſonalis erat ſi ex certa ſciẽtia hoc facit. q; po/teſt facere ꝙ illa que nulla eſt ſit aliqua. argu. xvj. q. j.

ca.vlti.⁊.ī.de his que fiunt a prela.cum apoſtolica.et plus eſt de nihilo aliqd facere ꝙ̄ de aliq̄.aliud arg.de cōſe.di.ij.reuera.arg.C.de rei vxo.actio.l.vnica.circa princi. a ¶ Inter alios.ſi.ff.de pac.ſi vnus.§. Item ſi experiar.in fi.⁊ ita pactū p̄deceſſoris nō obligat ſucceſſorē. arg.ī.ꝺ preca.c.ij.ſic ⁊ confeſſio inter alias ꝑſonaſ nō nocet alij ij.q.v.interrogatum.ī.de adulte.ſignificaſti. Sꝫ nunquid ille ſacerdos poſſet reuocare talē trāſactionez anteꝙ̄ confirmetᷣ a papa cum ſit perſonalis :ar.ꝙ ſic.xxxv.q.ix.ꝙ qs.⁊.c.qſqs.et.ī.de re.eccle.nō alie.ſiqs p̄ſbyterorꝝ. credo ꝙ licet ſit ꝑſonalis tranſactio.ipſe tamē ꝙ̄diu vixerit.nō poterit reuocare ſicut nec monaſteriuꝫ eā poſſet reuocare.ī.de de ci.ex multiplici. niſi ꝑ in integrū reſtitutionē.ſi eccleſia eſſet leſa.ꝺ in integ.reſti.c.j. b ¶ Ipſos ſcꝫ monachos :de ꝑte ſua.ī.de deci. tua nobis.⁊ colonus de ſua :vt ibi.Bern̄. c ¶ Integro: ſic.ī.ꝺ deci.cum hoies.et.ca.tua nobis.

a inter alios acta alijs obeſſe b patiamur)ipſos ⁊ agricolas decimationes ex quibuſlibet c rebus prouenietēs:⁊ ex integro:⁊ illarū quas illicite detinuerent iuſtā eſtimationē: reſtituere eidem eccleſie compellatis. Lucius tert ius ormeñ.epiſcopo. Sicut ſuper iure preſentandi ita ſuper annexo nō poteſt tranſigi vt recedatᷣ a lite interueniēte aliqua temporalitate. Ca.IX.

PReterea quando inter laicos:⁊ viros religioſos:de preſentatione alicuiꝰ d eccleſie queſtiōe ſuborta trāſigitur :ita ꝙ preſentationeꝫ laicus obtineat:religioſi vero nouā vel maiorem ꝑcipiāt e in eccleſia in qua priꝰ nullaꝫ vel minorem habere cōſueuerant portionē:an hmōi tranſactio teneat q̄ſiuiſti? ¶ Cuꝫ f igitur ipſa pactio:ſymoniaca merito videatᷣ.R.ꝙ de iure non tenet.nec ex eo religioſi vllum debēt cōmodū obtinere. Celeſtinus tertius. Super ſpirituali ſubiectiōe non licet tranſigi.Ca.X

ſit eximi:ſicut nec ep̄s pleno iure eximit etiā eccl'iam.ī. de dona.paſtoral'.ſꝫ ſi gratis vellet qs eccl'iaꝫ ſibi ſubiectā nō ꝑ trāſactionē eximere bene poſſet remittere qcqd iuris habeat in ea.retinēdo etiā pēſionē annuatim ſoluēdā maiori eccl'ie.nec eſſet ſymonia.ī.de religi.do. cōſtitutꝰ.ita tñ ꝙ illi de cella deberēt obedientiā ⁊ reuerētiam mr̄ici domui.ī.ꝺ cēſi.cū venerabili.qa ſine capite eē nō dꝫ :qꝛ in h̄ nō poſſet maior eccl'ia illos eximere. xciij. diſt. nulla ratione. k ¶ Subiectione:nō poterat h̄ allegari p̄ſcr̄ptio: qꝛ ꝯ ſubiectionē nō currit p̄ſcr̄ptō.ī.de p̄ſcrip.cum non liceat.et qꝛ malā fidē p̄ſumebantᷣ hr̄e ꝓptᷣ cōfeſſionē ꝓpriaꝫ. l ¶ Cōfeſſiōe:i iure facta ⁊ corā iudice ſuo.ī.ꝺ iu di.at ſi clerici.et ff.de interro.ac. voluit:⁊ ita confeſſio ꝯ ſe p̄iudicat.ī.de ꝯfeſ.cuꝫ ſuꝑ.⁊.c.vlti.vbi de h̄.et intellige ꝙ ꝑ ſyndicū ꝯfeſſi ſunt:ꝙ̄uis dicat h̄ fratrū ꝯfeſſione.nec reuocauerūt ꝯfeſſionē. m ¶ Iniqtatē: ſ.ſymoiacā. ſ̄.e.xx.⁊.c.ꝯſtitutꝰ.⁊.ſ̄.ꝺ pac.cū ꝓdē.⁊.c.pactiōeſ.

PReterea quarto loco queſtio talis acceſſit :ꝙ q̄g daꝫ cella eximi voluit a ſubiectione qua matrici domui tenebatur.⁊.ī. Fratres illiꝰ h celle ſe cōfitentes in iure illi domui quondan fuiſſe ſubiectos:referebant queſtionem olim de hac ſubiectione fuiſſe motam:⁊ tranſactione ſopitam:eatenus vt quendam i annuatim cenſuꝫ eccleſie ma k trici reddendo:eſſent a ſubiectione principalis domꝰ exempti.⁊.ī. Prior conſequenter pro maiori eccleſia proponebat:ꝙ de ſpirituali ſubiectione tranſigere non liceret? ¶ Reſpondemus igitur l ꝙ ex predicta fratrū cōfeſſione cōtra eos ſententia ꝓcedere debeat:preſertim cū illa trāſactio (licet nobis de illo qꝺ cella determinate reddere tenebatur:conſtare nequi m uerit)iniqtatē ꝯtinuiſſe putetur. Honoriꝰ tertiꝰ. I.tituli ſctē Praxedis p̄ſbro cardi. Sup matrimonio trāſigi nō poteſt. Caplm.XI

a EX pte tua.⁊.ī. Poterīt

PReterea. ¶ Nō valet trāſactio ſuꝑ iure p̄ſntandi ꝑ quā nouꝰ cenſus iponitᷣ eccl'ie vel antiquꝰ augeꝺ.h.d.Cōis diuiſio.Scꝺa ibi.Cū igitᷣ.Abbas. d ¶ Trāſigitᷣ:ꝓpria auctē. e ¶ Nullā:imo etiam auctē ſuꝑioris nō poſſet de nouo ꝯſtitui cenſualis iſta eccl'ia nec vetꝰ cēſus augeri.ī.de cēſi.ꝓhibemꝰ.⁊.c.ſcientes. f ¶ Symoniaca:cū nō liceat trāſigere de re ſp̄ūali interuētu pecunie:vt dictū ē.ſ̄.eo.ſuꝑ eo.c.ſtatuimus.ſi.ſ̄.de pac.cū clerici.ī.ca.xxi.qꝛ ius patronatus eſt ſpirituale. Bern̄.

PReterea. ¶ Cōis diuiſio.ſcꝺa ibi.rñdemꝰ Ab. g ¶ Eximi.ꝯtēdēdo in iure ꝙ nō debeat ſubeē nō ꝓuilegiū allegādo.Lau. h ¶ Cōfitētes:ſitᷣꝫ ꝯfeſſionē hēs.ī.ꝺ excep cū venerabil':ſꝫ illa eis nō obfuit: qꝛ excipiēdo h̄ fecerūt:ꝑ hāc ꝯfeſſionē fundata fuit intētio alteriꝰ ꝑtᷤ. Poterāt ſic rñdere:olim fuit q̄ſtio ꝺ ſubiectiōe:ſꝫ illa fuit trāſactiōe.i.amicabili cōpoſitiōe termiata. i ¶ Cēſuꝫ:q.ſ.cēſus licet eēt recognitio debite ſubiectiōis:vt.ī.de cenſi.oīs aīa.ar.xviij.q.ij.eleutheriꝰ.nō tñ debuit ſic trāſigi. Immo videtᷣ ꝙ nō poſ

EX parte. ¶ Plenius ſic ſūmatᷣ. Iudex pōt ⁊ debet ſe interponere pro trāſactiōe inter ꝑtes fienda:pterꝙ̄ in caſibꝰ in quibꝰ iura hoc nō admittūtᷣ:vt ſuper matrimonio. Diuiditᷣ:nam primo hortatur legatum vt cōponat etiā in caſibus expreſſis a iure. In fi. dicit quid de caſibus non expreſſis.ibi. In his. Ab. n ¶ Ex parte tua. Caſus. Quidam greci furtiue recipiebant ſacros ordines a non ſuis epiſcopis. Quidaꝫ etiam celebrabant in eccleſijs interdictis.nec volebant obedire latinis. Et quidam alij greci a latini epiſcopi cōſecrationes celebrabant in epiſcopatibꝰ aliorum.et decimas percipiebant ibidem in eorum preiudicium et grauamen. Item quidam laici et greci ꝓprias vxores auctoritate ſua dimittebant.et alias illis viuentibus recipientes :et quidam alij abbatias ⁊ eccleſias cum hominibus eccleſiarum detinebant:et in alijs pluribus excedebant:vt dicitur in integra:ſuper his exceſſibus cardinalis conſuluit papam qualiter eſſet contra iſtos agendum:et ipſe hic reſpondet prout ſequitur.

a ❡ Ad cōponēdū: ſic em̄ iudex pri⁹ dꝫ ↄcordare p/tes q̄ꝫ ad iudiciū vēire ſi pt.v.q.ij.ſi pmates.⁊.xc.di.ſtudēdū.xxiij.q.vl.ſi qs mēbroꝝ.⁊.q.iiij.ſi illic.⁊.j.de ſymo.q̄relā. b ❡ Seueritati: qñqꝫ em̄ detrahēdū eſt ſeueritati: vt maiorib⁹ malis ſanādis charitas ſincera ſubueniat.l.diſt. vt ↄſtitueret.et vbi ſaluti nil de/trahebat.humi/litati poſteriores doctores aliqd addiderunt: vt ibidē dicit.

milia pcedendū.ff.de legi.nō poſſunt.⁊.j.de re iudi.in cauſis.⁊.j.de ſta.re.ſup quodā.in fi.⁊.c.recolētes.⁊.s̄ de reſcrip.inter ceteras.⁊.s̄.de trāſla.inter corpalia. g ❡ In humaniorē: qꝛ ſemp debem⁹ pniores eē ad abſoluendū q̄ꝫ ad condēnādū.ff.de ac.⁊ ob.arrianus.⁊.ff.de pe.reſpi/ciendū.⁊.j.de p ba.ex litteris.et xxvj.q.vij.tpa penitudinis et promptiores ad miſericordiaꝫ q̄ꝫ ad rigorē: qꝛ me/lius ē pſtare cās p miſicordia q̄ꝫ ptēdere inclemē/tiā.lxxxvj.di.n̄ ſat ad fi.p⁹ me.colū.⁊ meli⁹ ē p virate pati ſup/pliciū q̄ꝫ p adu/latione bñficiuꝫ.xj.q.iij.nemo pe/ritorum.⁊ ſnia q̄ miſcōiam vetat fugiēda eſt.l.di.pōderet.xxvj.q.vl.alligāt.vbi di/cit q ſi dñs ē lar/gus: diſpēſator ei⁹ famul⁹ nō dꝫ eē tenax.⁊.ix.di.ſane.⁊.j.q.vij.c.exi/gunt.

a ad cōponēdū interponere p/tes tuas: ⁊ interduꝫ aliquid b ſeueritati detrahere.put ſta c tu īperij ⁊ excedētiū multitu/dinē puida: deliberatiōe pē/ſatis videris expedire.exce/ptis nimiruꝫ caſibus: qui cō/poſitionis ſeu diſpenſatiōis remediū non admittunt: vt/d pote coniugij ſacramentum: qđ cum non ſolum apud lati/nos et grecos: ſꝫ etiaꝫ apud e fideles ⁊ infideles exiſtat: a ſeueritate canōica circa illud recedere non licebit. ❡ In f his vo ſuper quibus ius nō inuenit expreſſuꝫ: procedas g equitate ſeruata: ſp in huma/niorē ptem declinādo: ſm q h pſonas ⁊ cās: loca ⁊ tpa po/ſtulare videris.

De Poſtulando.

Ex concilio laterañ.

Clericus in ſacris vel mino/ribus bñficiat⁹ in ſeculari fo/ro poſtulare nō debet niſi p ſe vel ſua eccleſia vel miſera/bilibus perſonis. Ca. I.

Clerici in ſubdiaco/natu ⁊ ſupra: in or/dinib⁹ q̄ꝫ mīorib⁹ ſi ſtipēdijs eccl'iaſticꝭ i ſuſtententur: coram ſecula/ri iudice aduocati in nego/

c ❡ Multitudi/ne: qꝛ qđ peccat a populis trāſi/re ſolet inultū.j.q.vij.q̄tiēs a po/pulis.⁊.xxiij.q.iiij.nō pōt.s̄.de tēpo.or.ſane.et cū mltitudie pec/cātiū magis do/cendo q̄ꝫ iubēdo agēdū eſt.ſeueri/tas aūt exercen/da ē in pctā pau/corū.xliij.di.cō/meſſatiōes.j.de cle.excō.miſtrā/tores. d ❡ Sacramētū: ſic patet q in mrimonio nō habet trāſactio ſeu cōpoſitio locū vt contra matri/moniuꝫ aliquid ſtatuat cū ſit ſtatū a dño in paradiſo. Quia quos deus cōiūxit homo nō ſeparet: vt.xxvj.di.deinde opponit.⁊.s̄.de trāſla.inter corpalia.⁊.xxxiij.q.ij.an q.⁊.c.quos deus.⁊ cauſa matrimonialis p ar/bitriū tractari non poteſt.j.de in integ.reſti.cauſa.in fi.ſed per iudices diſcretos qui poteſtatē habeāt iudi/candi.j.de cōſangui.⁊ affi.ex litteris in fi.nec diſpēſa/tio locū habet vt dicit hic. Sed ↄtra videt: quia circa matrimoniū diſpenſat.xxxv.q.iij.quedam lex.⁊.c.qđ ſcripſi.⁊.q.viij.de gradib⁹. Dicas in matimonio circa gradus cōſtitutione canonica interdictos diſpēſatio adhibet ex iuſta cauſa vt ſimul remaneāt.in quo caſu loquunt cōtraria circa gradus lege diuina phibitos: vel vt mrimonia legitime cōtracta ſepent nulla diſpē/ſatio adhibet ab eccleſia: ⁊ de tali diſpēſatione hic intel/ligit. Nā vt patet in integra: quidā vxores legitimas dimittebāt ⁊ alias ducebāt: cū talib⁹ nulla diſpēſatio adhibet vt ſic remaneāt cū ſecūdis. De gradib⁹ diui/na lege phibitis: habes.j.de reſti.ſpol.lrās.hodie vo de facili nō diſpēſaret eccl'ia circa cōſanguinitatē: cum vſqꝫ ad quartū gradū reſtricta ſit copula cōiugalis.j.de ↄſang.⁊.affi.nō dꝫ. e ❡ Et infideles.xxvj.di.de/inde opponit.⁊.xxviij.q.j.p totū.ſꝫ apud infideles nō eſt ratū qn poſſit ſepari altero veniēte ad fidē catholi/cam in infidelitate reliq̄ remanēte.j.đ diuor.q̄ꝫto.⁊.c.gaudem⁹. f ❡ Eq̄tate: quā iudex pōculis ſp dꝫ hr̄e.ff.đ eo qđ cer.lo.q ſi epheſi.i fi. Et ita videt ex eo qđ dicit: In qbꝫ ius nō īuenit expſſuꝫ pcedas eq̄tate.⁊c̄.qđ ius ſp ſit pferēdū eq̄tati.arg.ↄ.C.de iudi.placuit.ſed potes intelligere illud de eq̄tate ſcripta: q̄ debet p/ferri rigori iuris.hic de eq̄tate nō ſcripta q̄ tūc ſolum ſeruāda eſt cū ius deficit.hoc verbum ſumptū fuit de lege illa.ff.de aqua plu.arcen.in ſumma.§.itē varus.in fi. Sic dicit de cōſuetudine q̄ ſeruat.cū deficit lex.j.di.cōſuetudo.⁊ vbi ius ſcriptū nō eſt.de ſilibus ad ſi/

h ❡ Cauſas: in oīb⁹ penis inferēdis ↄſiderā/tur iſta q̄ttuor pncipalit. Perſona pmo ↄſiderāda ē q̄ ſit: qꝛ alit pcedit cū maioribꝫ q̄ꝫ cuꝫ mīorib⁹.s̄.đ offi.dele.ſane.⁊.c.paſtoral.⁊.xlv.di.cū beat⁹.⁊.xxiiij.q.j.q̄ ↄ pacē.⁊.j.de ſymo.p tuas. Cauſa etiā ↄſiderāda ē.j.de vo.⁊ vo.re.magne.i fi.⁊.j.đ accu.cū dilect⁹.⁊.xxiij.q.vl.occidit.⁊.ff.đ fur.veꝝ.⁊.xvj.q.vj.c.j.in fi.⁊ op.ar.vj.di.teſtm̄. Et loc⁹ ↄſiderat in iudicijs: arg.s̄.de reſcꝓ.nōnulli.qꝛ cōſuetudo loci attendi dꝫ.iiij.di.erit aūt lex.⁊.xxxj.di.añ triēniū.⁊.c.alit.⁊.j.de cle.ↄiu.cū olim. Et tps etiā ↄſiderat: qꝛ ē tps tacēdi ⁊ tps loq̄n/di.xxxvj.di.§.ecce i quo ſtatu ſit pnceps loci: vt hic di/cit: prout ſtatuis imperij ⁊c̄.qꝛ in turbatione regni ri/gor iuris ſeruari nō pōt.⁊ ppter nouitatē gētis tpus ↄſiderat.vt.xxxv.q.iij.qđ ſcripſi.⁊.j.de pe.⁊ re.deus qui eccleſiā.ppter nouitatē fidei multa ibi attēdunt: ⁊ hoc totū habes.xxix.di.ſciendum.j.de homi.ſicut di/gnum.§.reſponſo.vbi iſta quattuor cōſiderant ⁊ que/dam alia. Berñ.

De poſtulando.

Si vocati ad iudicia non paciſcuntur neqꝫ tranſigūt ſolent ſibi querere aduocatos ⁊ pcuratores: ideo poſt duas rubricas precedentes ſubijcit iſtam ⁊ ſequentes: et premittit ante tractatum de iudicijs: quia hec ſunt preperatoria iudicioruꝫ. Quid autem ſit poſtulare: ha/bes tex.in.l.j.ff.eo.⁊ per glo.in.c.vl.j.e. Abbas. Si.

Clerici. ❡ Diuiditur: quia prima pars po/nit prohibitionem: a qua ſecunda excipit: ibi. Niſi. Et adde etiam de perſonis ſibi coniunctis: vt pbatur.j.eo.ca.fi. Abbas.

i Stipendijs: videtur ergo a ſenſu contrario ſi ſtipendia non habeant q poſſint aduocare: quod ve/rum eſt credo de minoribus in cauſis ciuilibus: quia criminalib⁹ cauſis vel vbi de pena ſanguinis agit in/tereſſe non debent.j.ne cleri.vel mona.ſententiam.et xxiij.q.vlti.his a quibus. De his qui ſunt in maiori/bus ordinibus aliud eſt dicendū: qꝛ illi coraꝫ ſeculari

cijs ſecularib⁹ fieri non p̄ſu/
mant. ¶ Niſi ꝓpriā cām vel
ecclie ſue fuerint pſecuti: aut
ꝓ miſerabilib⁹ forte pſonis:
q ꝓprias cauſas adminiſtra/
re nō poſſunt. Innocentius
tertius cōpoſtel. archiepō.

Canonici regulares poſtulare nō poſſunt ſicut monachi: niſi pro vtilitate eccleſie vel ſui moneſterij et precepto abbatis. Capitulum. II

Ex parte tua nobis fuit
propoſitū: q quidaz ca
nonici regulares: non ſolum
in eccleſiaſticis: verum etiaz
in forenſibus cauſis: preſu/
munt aduocati officium ex/
ercere. Cunqꝫ obijcit eis: q
non debent eſſe forenſis vel
b eccleſiaſtici negocij ſuſcepto
res vel executores: niſi forte
id monaſterij expoſcat vtili/
c tas: abbate nihilomin⁹ impe
rante: ad ſuaz proponunt in/
ſolentiam excuſandam: q ca
pitulum illud p quod predi/
cta probiberi videt: de mo
nachis: non de canonicis re
gularibus loquitur manife/
ſte. ¶ Unde cō. t. t. r. q idem
d iudiciū d canonicis regulari
bus: qd̄ ꝛ d monachis q̄ntū
ad ſupradicta credimus ob/
ſeruādū: licet de monachis ī
canone ſpālit ſit exp̄ſſum.

Greg. non⁹. Se ſumat. III

Cum ſacerdotꝫ ſit offi/
e ciuz: nulli nocere: oīb⁹
aūt velle pdeſſe. ¶ Nō niſi
f pro ſeipſo eccleſia ſua: vel ſi
neceſſitas immineat pro per/
ſonis coniunctis aut miſera
g bilib⁹ ſibi: licitū eſt poſtula/
re. et. ī. ¶ Clericus autem q̄
h cōtra eccleſiā a q̄ bn̄ficiū ob/
tinet: pro extraneis aduoca/
tus vel procurator eſſe preſu
mit: tanqꝫ ingrat⁹ poteſt ma/
xime ſi clericus ſit eiuſdem

iudice aduocare nō debēt: ꝛ ſi ſine titulo ſunt pmoti: ep̄us eis dꝫ puidere. ī. de p̄bē. nō liceat. ꝛ. c. ep̄s ſi ali/ quāc. ꝛ. cū ſm. de regu. planū eſt q aduocare nō debēt. ī. c. pxi. qꝛ ꝛ negocijs ſecularib⁹ ſe īmiſcere nō dn̄t. ī. ne cle. vl̄ mo. non magno. ꝛ. xvj. q. j. alia eſt cā. c. placuit. ꝛ. c. monachi. de ſacerdote hēs. ī. ca. vlti.

a ¶ Seculari/bus: imo oppro/briū eſt clericꝫ ſi ſe peritos forēſi/um diſceptatio/nū oñdere volu/rint. C. de epiſ. ꝛ cleri. repetita. et C. de teſt. conſulta. pro miſerabi/libus tn̄ pſonis poſſunt poſtula/re. ī. eo. c. vlti.

Ex parte. ¶ Cōis di/uiſio. ſecūda ibi. Unde. Abbas.

b ¶ Eccliaſtici vt. xvj. q. ī. monachi. c. de pn̄tiū. ꝛ ī. ne cle. vl̄ mo. n̄ magno. oppro/briū ē talib⁹ ſi ve/lit videri piti fo/rēſiū diſceptatō/nū. C. de te. con/ſulta. ꝛ. C. d epi. ꝛ cle. repetita.

c ¶ Imperāte. xvj. q. j. mona/chi. ij. nō ſufficit vtilitas monaſterij niſi h faciat d mādato abbatis p/pter bonum obediētie: arg. ff. de re mili. l. iij. §. in bel/lo. nec audit eo pretextu q eſt cōiuncta pſona. niſi ha/beat ſpeciale mandatū. leges em̄ de hoc loquētes intel/ligunt de factis priuatorū. ff. de pcu. ſed he perſone. ꝛ l. pomponi⁹. in fi. d ¶ Iudiciū: ſimilis habet extē/ſio p interp̄tationē. xxviij. q. j. idolatria. ſic nomen vē/ditionis ad alias alienationes extēdit. ff. q. mo. pig. vl̄ hypo. ſol. ſicut. §. vēditionis. ꝛ verbuz alienatiōis ad alios ꝯtract⁹ extendit: per quos etiā dominiū nō trāſ/fertur. ī. de re. eccle. non alie. nulli liceat. ſic ꝛ id qd̄ di/citur de ſymoniacis extēdit ad alios. xvj. q. vij. et hoc ſcripſimus. ver. ꝛ arbitror ꝯuenire verbū ꝛc. ſic ꝛ phi/biti de legib⁹ audiēdis de monachis ꝛ regularib⁹ extē/ditur ad p̄latos ſeculares. ī. ne cleri. vel mo. ſuper ſpe/cula. ꝛ regulares canonici equiparant monachis: niſi quia regule inſeruiūt laxiori. ī. de ſta. re. q dei timorē.

Cum ſacerdotis. ¶ Primo ponit rō. ſcdō di/ctū cū clauſula exceptiua. ibi: Nō niſi. tertio pe/na ibi. Clericus. Ab. e ¶ Nocere: iſta verba ſūpta fuerūt ex illo canone. xiiij. q. v. deniqꝫ. Ad h aūt tenet q̄libet chriſtian⁹: ſed magis ſacerdos q dꝫ velle pdeſſe oīb⁹ vt ibi dr. ꝛ h qꝛ q̄ſqꝫ phibet alij inferre qd̄ ſibi no/lit fieri. j. di. in p̄n. ꝛ. ē. de ma. ꝛ obe. dilecti filij. Et eſt ar. q nulli ꝯſulēdū ē cū alteri⁹ iiuria. xxij. q. ij. p̄mū. ff. de ꝯdi. inde. naz natura. ꝛ. xi. q. iij. ſi quis nō obediat. xxix. di. nulli⁹. ꝛ nō dꝫ alteri p alterū iniq̄ ꝯditio afferri ff. de reg. iu. nō debet. ꝛ cauendū eſt ne p̄textu nocētis innocentes puniantur. C. de his q latro. occulta. l. ij. ꝛ ſanctius eſt nocentē impunitū relinqui q̄ꝫ innocentem damnare. ff. de pe. abſentem. ꝛ pena debet ſuos acto/res tenere. ī. de his q̄ fi. a ma. par. ca. q̄ſiuit. ꝛ. C. de pe. ſancimus. Et ſic patꝫ q ſacerdos aduocare nō debet. nec ſe negocijs ſecularib⁹ imiſce/re niſi pro cura miſerabiliū pſo/naꝝ. lxxxviij. di. c. j. p totam di.

f ¶ Pro ſeipſo. ſic q̄dā ſunt pſo/ne q̄ pro ſe tm̄ et ꝓ quibuſdā pſo/nis pn̄t poſtula/re. iij. q. vij. §. ſūt aūt. vbi habes q̄ perſone poſſunt poſtulare ꝛ q̄ nō et ꝓ qb⁹: ſic ꝛ ſa/cerdos ꝓ ſe et ꝓ q̄buſdā alijs pſo/nis h enumerat[is] poſtulare pōt ꝓ eccleſia ſua et ꝓ pſonis cōiūctis: ſed nō indiſticte niſi neceſſitate i[n]/ſtāte. puta quia ſunt min⁹ poten/tes: vl̄ qꝛ nō poſ/ſunt habere ita bonū aduocatū: et ſic reſtringit ꝯdāmō ad neceſ/ſitatē q̄ꝫtū ad cō/iūctas pſonas. q̄ ſūt ꝯiūcte pſo/one dicit. ff. de pcu. ſed ꝛ he pſone. et. iij. q. vij. §. ſunt aūt. ver. alij em̄. inter quas pſonas ſatꝫ credo intelligē[n]/dos cōfratres ſuos eiuſdē eccleſie ꝛ pro cōiunctis pſo/nis poſſet etiā litteras impetrare ſine mādato. ē. de re/ſcrip. nonnulli ꝛ agere. et. ff. de pcu. pomponius. in fi. dum tn̄ nō appareat cōtraria voluntas vt ibi dicit: et pro perſonis miſerabilibus de quibus habes. lxxxvij. di. per totū. lxxxviij. di. ca. j. ꝛ. c. epiſcop⁹ gubernatiōe. et in pluribus alijs. ca. ibidem. g ¶ Poſtulare: po/ſtulare eſt deſideriū ſuum vel amici ſui in iure apud eū qui iuriſdictioni preeſt exponere vel alterius deſiderio cōtradicere. iij. q. vij. §. ſunt aūt. ꝛ. ff. de poſtu. l. j. §. po/ſtulare. h ¶ Contra eccleſiā. Cleric⁹ ergo qui ꝯtra eccleſiā a qua beneficiū habet aduocat. vel eſt pcura/tor tanqꝫ ingrat⁹ beneficiū ipſi⁹ pdere debet: argu. bo/num. j. q. vij. c. ī. ꝛ. xcvj. di. ſi impator. iij. q. ī. nulli. ſi/cut vaſallus tenet dño. xxij. q. v. de forma. alias perdi[t] feudū vt ī lib. feudoꝝ quēadmo. feu. amittit: ꝛ milites rē publicā de q̄ alūt ab oī ncc̄itate belloꝝ defendāt. C. loca. milites. ſꝫ ſi clic⁹ hꝫ bn̄ficia ī plurib⁹ ecclijs. nūq̄d p̄t p̄ſtare p̄ociniū vni ꝯtra aliū: n̄ videt ī eo caſu neu/tram iuuet vel offendet: argu. huius. ca. ꝛ. xiiij. q. v. de/niqꝫ. ſꝫ ſi eēt p̄lat⁹ in vna ecclia: ꝛ in alia habuiſſet ſim/plex bn̄ficiū videt q rōne p̄latiōis poſſet ꝯ aliā ſtare argu. ff. de in ius vo. q̄ſitum. ꝛ. iij. q. vij. §. Itez ſi con/tra p̄rez ſic ꝛ libert⁹ ecclie ſi ꝯ ipam agat vel teſtifica[t] tanqꝫ ingrat⁹ in ſeruitutē redigat. ē. de ſer. nō or. d f[a]/mulis eccleſie. ꝛ. xij. q. ij. octaua diſcuſſio. ſic ꝛ donati[o]

pter ingratitudinẽ reuocaṫ.ĩ.de dona. ꝓpter eius in/ gratitudinẽ. C.de reuo.do.l.ĩ.ꝛ vlti.ꝛ in auc̃.de nup.i §.ſi mater.coll'.iiij.et in auc̃.vt liber.decetero.aureo nõ egeãt annulo.§.illud.co.vj.ꝛ iuſtũ eſt: vt eccl'ia in ſinu ſuo nõ retineat fraudatorẽ quẽ ſuſcepit extraneũ. j.q.iiij.ſacer/ dotes.ꝛ eccleſia que mater ei⁹ eſt. q.vj.ad roma nam.q ipm dño/ ciauit.ĩ.de pe. iij.ſic ꝓpter in/ gratitudinez pr̃ poteſt filiũ exhere/ dare i totũ.xix. vlti.c.vlt.ꝛ in auc̃.vt cũ de ap. cognoſci.§.cãs. coll'.viij.ſed ſi ꝯ tiquẽ ꝺ eccl'ia i ppria cã q̃ nõ tã t eccl'iaꝫ poſtu lauerit: vel ꝓcu/ rator fuerit non puniret.xij.q.ij. manumittiṫ: ſꝫ eccl'ia eẽt ei in/ grata tũc ꝯ ipaꝫ reuocare poſſet: nec ſuccederet ei ab ĩteſtato etiã ſi nõ haberet ꝓpinq̃s.C.de inoffi.teſta.liberi.vbi mater ex/ cludiṫ a filij ſucceſſione ꝓpter ingratitudinẽ cõmiſſaꝫ erga filiũ.

de ſatiſda.l.vna.al's denegaṫ ei actio.ff.e.ti.mut⁹.ꝛ.l. diu⁹.§.pena.ꝛ de oĩb⁹ etiã q̃ ꝯ ipaꝫ mouenṫ defendere dꝫ.ff.ꝺ ꝓcu.oĩm.ꝛ duab⁹.l.ſeq̃n. b ❡Premonuit: ar.ad cautelã futuroꝝ habẽdã.xxiij.di.i noĩe.ꝛ exẽpla pñtia nos cauere pmonẽt i futuꝝ.lxxxij.di.plurimos.i fi.ꝛ ar.ff.loca.ſi q̃s domuꝫ.§.j.ꝛ j.q.vij.ꝯuenicti bus.hic pſumiṫ ex pteritis circa futura.ſic.ĩ.de p ſũp.mandata.ꝛ ca.ſcribam.

eccl'ie) bñficio hmõi ſpolia/ ri. **De ꝓcuratorib⁹.** Greg. maximo ſaloneñ.epõ **Nõ au ditur q̃s tãq̃ alteri⁹ ꝓcura/ tor niſi habeat mãdatũ legi/ time factuꝫ. Ca.I**

ALia quidez.et.ĩ. Scpſiſſe te q̃buſ/ dam cõperim⁹: ꝙ pdictos vros tũc ad cãꝫ nõ miſeris: ꝛ ideo q̃ cũ ipſis fa/ cta ſunt ſubſiſtere non debe/ re. ſed ꝛ Thomas ſibi hoc a te dictum phibuit. ex qua re a nec pſentiũ portatoribus iu/ dicamus eſſe credendum: ne

de ipſis ſimiliter diceretur. ❡Quia ergo hoc cautiores b nos eſſe pmonuit: inſtructaꝫ c perſonam cum mandato le/ galiter facto: ꝛ pſbyterorum ſeu diaconorum: teſtiumq̃ ſubſcriptionibus roborato: geſtiſq̃ ex more indicto trãſ/ mittere: vt q̃cq̃d cum eo actũ fuerit. iure ſubſiſtat.

Alexãder.iij. **Reuocaṫ ſen tẽtia q̃ ꝯdẽnat⁹ fuit in expen ſis ex iuſta cauſa abſens legi time excuſat⁹. quia in ardua cauſa procuratorem conſtitu ere noluit. Ca.II**

c ❡Legaliter: lr̃a ſeq̃ns expo nit h̃ verbũ lega liṫ: ex eo ꝙ h̃ dr̃. et legiṫ.ĩ.de ſu/ di.cãmq̃: colli/ git euidenter: ꝙ nec plat⁹ ſine cõ ſenſu capl'i: nec capl'm ſine ꝯſen/ ſu plati põt iudi ciũ exercere nec cõueniri: q: nec alienari põt alṫ ſine reliq̃.xij.q. ij.ſine exceptiõe nec cõmutare nec donare. vt ibi dr̃. et ĩ.de dona.paſtoralis.ꝛ.ĩ.ꝯ his q̃ fi.a pla.ſine ꝯſen.ca. p totũ.ꝛ eodẽ mõ: nec capl'm ſine ꝯſenſu plati.cuꝫ oẽs vnũ corp⁹ intelligantṫ.ĩ.de his q̃ fi.a pla.nouit. Et pte rea dicit lex ꝙ q̃ nõ põt alienare. nõ põt rẽ in iudicium deducere.ff.de iur.deli.ait ptor.ꝛ p iudiciũ q̃dã aliena tio fit: in iudicio eĩ ꝯhiṫ: ſic in ſtipulatiõe.ff.de pecu. licet.§.ſꝫ ſi fili⁹.i fi. Preterea ſi plat⁹ ſine ꝯſenſu capl'i poſſet agere vel ꝯueniri: ꝛ piudicaret eccl'ie factũ pla/ ti: fraus poſſet fieri eccl'ie ꝛ piudiciũ: q: pmitterẽt imo ꝓcurarẽt q̃nq̃ plati ſe ꝯueniri ꝛ facerẽt colluſionẽ: ſꝫ ꝯ videṫ ꝙ ſol⁹ plat⁹ ꝯueire ꝛ ꝯueniri poſſit.ff.qđ cuiuſq̃ vni.l.vl.vbi dicit: vtil' actio admĩſtratori ciuitatis de/ beṫ.ꝛ.ff.de ꝯdi.ꝛ demõ ꝺ municipib⁹.ꝛ.ff.ad munici pa.municipes.ꝛ.C.de iura.calũ.l.ij.§.h̃ etiam.in fi.ꝛ xij.q.ij.nõ liceat.ꝛ.ĩ.de re.ec nõ alie.ſiq̃s pſbꝛoꝝ.ꝛ.s̃ ꝺ pſcrip.edoceri.vbi de h̃. Dicũt q̃dã ꝙ plat⁹ põt ꝯue nire ꝛ cõueniri ſine cõſenſu capl'i p iura pdicta.ego di co ꝯtra qđ plat⁹ ſine ꝯſenſu capl'i: nec capl'm ſine ꝯſen ſu plati agere vl' ꝯuenire nõ põt: p ꝓora iura: tñ ꝯcedo ꝙ ſi plat⁹ vl' collegiũ agat ſine ꝯſenſu alterutri⁹: ꝛ vel/ let cauere de rato: dꝫ audiri: cũ ſit admĩſtrator ꝛ tene/ aṫ negocia eccl'ie ꝓcurare: vt.s̃.de reſcrip.edoceri. Si vero ꝯueniaṫ: nõ dꝫ audiri ſine cõſenſu capl'i.i.niſi ca/ ueat de iudicato ſoluẽdo: cũ q̃libet alter ſe poſſit offer/ re defenſiõi ſi velit cauere de iudicato ſoluẽdo ꝛ piculo ſuo litẽ ſuſcipe: ꝛ illa capl'a ſiq̃s pſbyteroꝝ. et nõ liceat in ſpeciali caſu loquunṫ.ſ.cũ agiṫ de reuocatiõe rei ali enate indebite ꝛ male. q: p h̃ cõſuliṫ eccl'ie nec põt le/ di: qđ ꝯtingere poſſet in alijs caſibus vbi nõ agiṫ ſpe/ cialiter de reuocatione rei alienate indebite nõ obſtãti bus legib⁹ pro ꝯtrarijs ſignatis: q: intelligi pñt.ſ.vt cõpetat actio admĩſtrãti nõ q̃ſtũ ad h̃ vt agere poſſit ſolus: niſi caueat de rato: vel niſi habeat ſpeciale man datũ ad h̃. nec in reb⁹ eccl'iaſticis ſtamus legib⁹ illis. ſed canonib⁹: ꝛ q̃ iure nõ põt cõponere ſeu trãſigere ſi ne cõſenſu capl'i.s̃.de maio.ꝛ obe.c.fi.s̃.de trãſac.cõ/ tingit. eodem iure nõ põt agere vel reſpondere ſine cõ ſenſu capl'i.arg.ad hoc.s̃.de maio.ꝛ obe.c.vlti.

De procuratoribus. Dic vt ſupra in pcedenti titulo pro cõtinuatione rubrice. Et quid ſit ꝓcurator in.l.j.ff.eo. Abbas Si.

ALia q̃dez. ❡Primo pmittit modũ. Scđo ſubmittit mãdatũ. ibi: q: ergo. Abbas. Si. a ❡Portatorib⁹: q: ꝯſtabat iſtos non hr̃e mãdatũ ad agẽdũ nõ fuerũt admiſſi. vñ circa ꝓcurato rem actoris diſtingue vtrũ certũ ſit ꝓcuratorẽ habere mãdatũ: vt q: reus h̃ ꝯfiteṫ: vel ipe oñdit mãdatũ ſuf/ ficiẽs. vel ſi neget ꝓbet h̃ ꝓcurator p teſtes vel inſtru mẽtũ: ꝛ ſm h̃ ꝓcurator nõ teneṫ ſatiſdare dñm ratuꝫ habituꝝ: ſicut nec dꝫ ſatiſdare ꝓcurator pñtis ꝛ cõfir mãtis: vel apud acta ꝓcurator factus. C.de ſatiſda.l. vna.an certũ ſit eũ nõ hr̃e mãdatũ. aut dubitaṫ. vtruꝫ habeat vel nõ habeat mãdatũ. Si certũ ẽ eũ nõ habe re mãdatũ repelliṫ vt h̃: ꝛ ſi velit ſatiſdare nõ eſt audi endus: niſi ſit ꝯiũcta pſona q̃ admittiṫ cũ ſatiſdatiõe: niſi appareat de ꝯria volũtate dñi.ff.de ꝓcu.põpont⁹ §.vl.ꝛ.l.ſꝫ ꝛ he pſone.i caſib⁹ tñ admittiṫ ꝯ volũtatẽ p libertate.ff.de libe.cã.l.j.ij.ꝛ.iij.ꝛ p defenſione cõ/ dẽnati.ff.de ap.nõ tm̃.vbi autem dubitaṫ de manda/ to dicebat. P.ſemp eſſe in electione rei an velit exige/ re pbatione mãdati an ſitiſdatiõnẽ. B.dicebat diſtin guẽdo vtrũ re⁹ diceret ꝓcuratori nõ habes mãdatũ. ꝛ tũc ꝓcurator tenebaṫ ꝓbare mãdatũ an diceret dubi to: an habeas mãdatũ. ꝛ tũc eſt i optione ꝓcuratoris qđ facere velit. Azo dicebat ꝙ in arbitrio ꝓcuratoris eſt an velit ꝓbare mãdatũ. an cauere de rato: q: cũ q̃s teneṫ ad alteꝝ duoꝝ.ſ.ꝓbare vel cauere qđ voluerit p ſtãdo liberaṫ.ff.de iure do.plerũq̃.§.vl.ꝛ.C.de cõ.in/ de.ſiq̃s ſeruũ. Nec ſatiſdatio dãda ẽ q̃ñ de mãdato du bitaṫ.C.e.l.j.ꝛ.ff.vt i poſ.lega.ſi is a q̃.§.j.idẽ i acto/ re vniuerſitaṫ.ff.qđ cuiuſq̃ vniuer. Itẽ eoꝝ.§.actor. Itẽ clerici inṫ ꝯiũctas pſonas numeranṫ.ar.xij.q.ij. nõ liceat. Itẽ nõ. ꝙ licet ꝓcurator actoris non caueat de rato: q̃ñ ꝯſtat de mãdato cauere dꝫ ꝺ defendẽdo. C.

Querelā. ¶ Ad intellectuȝ huius decre. melius pōt ſūmari ſic. Non valet ſentētia etiā expēſaȝ cōdēnatorie lata cōtra abſentē ex ꝓbabili cauſa legitime ꝑ nūciū excuſatū. Prima ps deciſe ponit ꝯtis ārē iam. Scōa dat iudicē. ibi: Mādam⁹. Ab. a ¶ Querelam: et ita nō per appellationem vt nō. in fi. b ¶ Expēſaȝ: quas fecerat aduerſarius veniēdo ad terminuȝ coram vigoriñ. delegato a papa ad petitionē ſalubrieñ. epiſcopi ſuper eccleſia ipſius. c ¶ Cauſa: ſi eñ nō fuiſſet infirmitate detentus: vel alia iuſta cauſa rōnabilis fuiſſet quare ꝓceſſit cōtra euȝ ſcȝ contumacia: bñ tenuiſſet ſtatim cōdēnatio expenſaȝ. ꝭ. de dolo cū dilecti. ⁊ C. de iudi. ſancim⁹. ⁊ ꝭ. de ap. reprehenſibilis. ſed nunqd reus ſi nō venerit in prima citatiōe cōdēnari dȝ in expēſis. Dic videt̄ ꝙ ſic: qꝛ ꝓpter infirmitatē tantū excuſat̄: ⁊ niſi conſtiterit hoc. nō reuocabit̄ ſententia: ⁊ ita poteſt quis condemnari in expenſis pro prima contumacia: arg. ff. ſi quis in ius vo. nō ierit. l. ij. §. j. ⁊ actor cōdēnaret̄ ſi non veniret. ff. de iudi. eum quem temere. ⁊ in cōcil. lug. idem dicit̄. ꝭ. de do. ⁊ cōtu. actor. ⁊ actoris ⁊ rei eſt equa ꝯditio. ff. de regu. iu. nō debet. Dicūt qdam ꝙ ſi reus nō veniat in prima citatiōe vel in ſcda: etiā nō debet condēnari: quia non dicit̄ adhuc contumax. niſi poſt peremptoriū terminū. Dico ꝙ etiaȝ pro prima ⁊ ſecunda citatiōe puniri debet in expēſis ſi ad trinā citationē veniat. Si ꝟo nō veniat ad citationeȝ ꝑemptoriā. tunc al's punit̄: qꝛ mittit̄ actor in poſſeſſionem rei petite. vel excōicat̄ ſi miſſio fieri nō pōt. ꝭ. vt lit. non conteſt. tue. Et ſi poſtmodū reuertit̄ infra annum: reſtituit omnes expenſas factas ab eo tēpore q̄ fuit contumax: ⁊ ſi no venit ad aliquam citationeȝ ad omnes expenſas cōdemnabit̄ quas fecit aduerſarius veniendo ad primā citationē ⁊ ad ſecūdā ⁊ tertiaȝ. et ſic punit̄ prima cōtumacia: ⁊ eodem modo dico ꝙ debet puniri prima ꝯtumacia. licet veniret ad ſecundā. alias deberes dicere ꝙ quando nullo modo venit. non debet condemnari in expenſis niſi factis ad terminuȝ peremptoriū. d ¶ Detentus: iuſta fuit cauſa nō veniendi. vnde probata cauſa debet reuocari: quicquid fuit actum contra abſentem. ff. de iudi. ſi pretor. ⁊ ꝭ. de re iudi. cum Bertoldus. ⁊ ff. de re iudi. queſitum. §. j. quartana tamen non excuſat: vt ibi di dicit. ⁊ argu. v. q. iij. ſi egrotans. xviij. diſt. placuit. et. xciij. diſt. iuxta. Dicunt tñ qdaȝ ꝙ tenetur mittere ꝓcuratorem exquo venire nō poteſt ſi ita fuit citatus vt veniat vel reſpōſalem tranſmittat. ꝭ. de do. et cōtu. cum dilecti: ſed hoc non credo ꝙ propter citationem iudicis teneatur mittere procuratorē ſi venire non poteſt maxime ſi in grauibus cauſis quis cogi ad hoc non poſſit vt hic dicit. ⁊ iudex hoc ei auferre non potuit: quia beneficium iuris nemini eſt auferenduȝ. xxviij. diſt. de bis. ⁊ in auc. de nup. §. ſed hoc quideȝ. coll. iiij. ⁊ ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi quis condēnatus. iudex delegatus nō pōt iubere alterutram parteȝ comparere coram ſe pſonaliter. niſi in delegatione hoc cōtineat̄: niſi in certis caſibus in concil. lug. ꝭ. de iudi. iuris eſſe ambiguum: ⁊ illa decre. cum dilecti. non cōtradicit: quia papa hoc fecit ex plenitudie poteſtatis. Et alia ratio eſt. quia ille non allegauit nec oſtendebat: nec probauit iuſtam excuſationeȝ. vnde vel debuit ire vel ſufficienter mittere: quia neutrum fecit de contumacia fuit condēnatus. Et illud ſcire debes: ꝙ qui ad iudicium vocatur poteſt indiſtincte in pecuniarijs cauſis cōſtituere ꝓcuratorem licet in citatione hoc non dicat̄: niſi in duobus caſib⁹: puta ſi dñs iuſtior eſt q̄ ꝓcurator: ⁊ ſi cauſa ſit vehemētior admiſtratiōe. C. de ꝓcu. l. vlti. Et ideo non compellit̄ conſtituere ꝓcuratorem: qꝛ nec reciperetur ſi veniret: puta ſi ageret̄ de admiſtratione ſua vel tutela: vel etiam ſi alias eſſet ardua nec ita confidit de alio. Ad hoc eñ oſtendendū debet mittere excuſatorem. ne procedatur contra eum que ſententia non reuocabitur niſi cauſa probata et cum maiori difficultate. Sed videt̄ ꝙ quis compellatur conſtituere procuratorem etiam infirmitate detentus. ff. de diuer. ⁊ tēpo. pſcꝑ. l. ſ. et. ff. de mino. papinian⁹ exuli. vbi cōpellit̄ qs agere indirecte ne currat eiꝑſcriptio. ſed a iudice nō cōpellit̄: ſȝ ille q pōt agere ad h̄ vt nō currat ei pſcꝑtio. ꝯſtituit ꝓcuratorē ad agēdum vt lis cōteſtet̄: ſȝ re⁹ nō cōpellit̄ dare ꝓcuratorē. et ita nō ꝯdicūt leges ille. Itē ſignat̄ aliud ꝯriū. ꝭ. de elec. bone. ⁊ ꝭ. de ap. ꝯſtitut⁹. vbi dicit̄ ſicut miſit nunciū ita potuit mittere procuratorē: ſed ibi nō ſuberat iuſta cauſa. quia ſemper tenetur quis ire vel mittere. niſi ſit iuſte impeditus: ⁊ tunc debet mittere excuſatorem ad allegandū impedimentū vt hic ꝯtingit. Berñ. e ¶ In grauibus: qualis erat iſta: quia ſuper eccleſia ipſius. f ¶ Abſoluere. Videtur ꝙ non fuerit abſoluendus: quia qui non appellat a ſententia iudicātis. acquieuiſſe videtur: ⁊ ſentētia etiam interlocutoria a qua nō appellatur. tranſit in rem iudicatam. ꝭ. de teſti. ſignificauerunt. et. ꝭ. de re iudi. ad conſultationem. ſibi ergo imputandum videbatur: quia non appellauit. Poteſt dici ꝙ iſte fuit auditus beneficio reſtitutionis: quia iuſtā cauſam habuit abſentie qua probata abſoluitur: quia ⁊ diffinitiua ſentētia reuocat̄ iuſta cā abſentie ꝓbata. ꝭ. de ſen. ⁊ re iudi. cū Bertoldus. Immo videt̄ ꝙ ſnia nō teneat. ff. de re iudi. qſitū. ⁊ interlocutoria licet trāſeat ī rē iudicatā a q̄ nō appellat̄ q̄tū ad litigātes. nō tñ q̄ ad iudicē. qn poſſit eā reuocare cū viderit eā iniuſtam. ff. de re iudi. qđ iuſſit. ꝑut nō. ꝭ. de ap. cum ceſſante. ⁊ ideo audit̄ iſte.

a Querelam. a. cleri. accepimus: ⁊. ꝭ. ¶ Mādamus quatenus ſi cōſtiterit vob. ꝙ vigoriē. epiſcopus b prefatū. a. in reſtitutione expenſarū: pro nulla alia rati c onabili cauſa condemnauerit: niſi pro eo tātū: ꝙ termino conſtituto ad eius preſentiam non acceſſit: infirmita d te detentus: cum non poſſit e quis cogi: niſi velit: in grauibus cauſis procuratoreȝ cōſtituere. ⁊ ipſe ad probandū infirmitatē ſuam: preſbyterum ⁊ diaconū deſtinauerit: f eum abſoluere ab eadem ſententia minime differatis.

Clemens. iij.

Sentētia lata cuȝ ꝓcuratore reuocato: ⁊ d̄ hoc certificato nō ꝑiudicat dño. Ca. III

Ex inſinuatiōe archidi. Sag. accepim⁹: ꝙ cū inter ipm ⁊ magiſtrū. g. ſup q̄dam ꝑbēda lexo. ecclie ꝯtrouerſia mota fuiſſet. et. ꝭ. Licet ab eodem archidi. procuratori ſuo: duobus clericis preſentibus expreſſe fuiſſet

Ex inſinuatione. ¶ Prima ps ponit ꝯtis narrationē. ſup q̄ ſcōa dat iudices ibi: ceterum.

Inhibitū: vñ eoipſo ꝓcurator lr̃as reuocauit.j.e.
xxi.qḋ indiſtincte potuit: cū lis nō fuerit ɔteſtata: ⁊
s ſit integra.ff.e.l.añ litẽ.arg.s.de elec.i cauſis.nã
depoſitū qñcūq; pōt repeti.ff.depoſi.l.j.§.pe.⁊ ſcię/
aduerſario h̄ fecit. De h̄ dicet̃.j.e.mãdato: ⁊ ita ſnĩa
ĩa fuit lata cū
lſo ꝓcuratore.
ca.xxi.

Suſcipet.
eſt ne ad ſuſci
ẽdū iudiciū in
e ſuis litteris
eret̃ ꝓut ĩ an/
ua decre.con/
ctur.

Cleric⁊: ar.
dicto vniꝰ te/
s ſit credẽdū:
.j.ḋ teſti.i oĩ
ocio. et.viij.
j.talia.⁊.xx/
.di.de ſiracu
e.⁊ arg.opt.
ni iurato te/
redit̃.ff.ḋ do
le.theopõpꝰ
.quemadmo
n teſt.ap.l.j.
lt.arg.ff.de
iu.ſi duo pa
i.j.rñſo. ar.
.iiij.q.iij.§.
in crimĩali.
tẽ vnꝰ ꝟo.⁊

a inhibitū: ne cauſe cognitio/
b nez ſuſcipet. ipſe nihilominꝰ
in cã ꝓcedens: ſnĩam cõtra/
riã reportauit. Ceterū q̃a
c alter de p̃dictis cleric⁊ dicit̃
obijſſe. mandamꝰ quatenus
ſi ꝑ ipſiꝰ archid. ⁊ ſuperſtitis
clerici iuramẽtū ɔſtiterit de
d p̃mil[ſi]s: ſnĩa cõtra eū lata ne
quaq̃ obſtãte: p̃dicte p̃bẽde
poſſeſſionẽ cū fructibꝰ inde ꝑ
ceptis (ſi eiꝰ reſtitutioni aliḋ
e canonicuʒ nō obſiſtat) aucte
noſtra reſtitui faciatis eidẽ.
Reſtitutiõe vero facta: ſi ar/
chidi. ipſe ſuam canonicã in/
f ſtitutionẽ probare potuerit:
ipſam ratam permanere ap.
poſtpoſita decernatis.

Inno. iij. Cabilloñ. et Ca/
thalañ. epiſcopis.

tẽ vbi numerꝰ.⁊.j.de teſti.licet.⁊.c.veniẽs. Item
ꝙ dictū archi.iſtiꝰ ꝓ teſte vno recipiat̃: ⁊ ſic erūt
teſtes.j.de teſti.in negocio.ſʒ dictū illiꝰ nō debʒ ſi
deſſe: qꝛ nullꝰ idoneꝰ teſtis in re ſua intelligit̃.iiij.
j.ꝟ.nullꝰ ĩ re. Pōt dici ꝙ h̄ erat p̃ſūptio ꝓ archid.
at reꝰ.vñ fauorabilior.iō delatū ei fuit iuramẽtū.
ieri pōt ⁊ dʒ.C.ḋ re.cre.⁊ iureiu.in bonefidei.⁊.ff
ireiu.admonẽdi.⁊ qꝛ ꝑ h̄ modicū p̃iudicat̃ actori
g Nec clerici. ſupple ſunt excõmunicati qm̃ ſola temeritas ĩ hoc caſu reph̃editur ſiue violẽtia put ſequit. ⁊ ptꝫ ex illo canone. xvij. q. iiij. ſi q̃s ſuadẽte. h Diſcipline. vel ratione platiõis. Jdẽ eſt etiã de patre qui filiũ in minoribus ordinibus põt corripere ſine pena iſta vel de ppinquo. j. eo. ex tenore. ⁊. c. cum voluntate. vbi de h ar. de pe. di. j. §. aut facta. ⁊. xxiij. q. v. circũcelliones. B. i Violenta notari. hec eſt ratio quare non incidũt

Monachi. k Quocũqꝫ (in canonẽ. i. ſn̄iaꝫ. modo dũ tamen nõ enormiter vt in ep̃m aut in abbatem aut in clericũ ſecularem manus inijciãt violentas. j. e. cũ illoꝝ. l Sui abbatis. Si vo monachũ alteri⁹ monaſterij pcuſſerit p abbatẽ vtriuſqꝫ monaſterij dꝫ abſolui. j. e. cũ illoꝝ. ⁊. j. e. canonica. ſꝫ ſi monialis. monialẽ vel cõuerſam. vel conuerſum aut cleri/

nõ eſt. h. tertio. **Qui pcutit clericũ turpiter inuentũ cuꝫ ꝓpinqua excõicatꝰ nõ eſt. ſecus cũ remota. Et dicit̃ ꝓpinqua vt in littera. Ca. III.**

SI vero alicuius ꝑtãtis
hoſtiarius: ſub ꝑtextu
ſui officij malignatꝰ: clericũ
a leſerit ab epo ſuo põt abſol/
ui: niſi forte eundẽ clericum
b c grauiter vulnerauit. ¶ Offi
cialis ꝟo ꝑ iniectione ma/
nuũ ĩ clericũ: nõ põt ſine mã
dato ro. põ. abſolutionis bñ
d ficiũ ꝓmereri. qꝛ nulli laico
ſup clericũ tãta dat̃ auctori
tas: niſi forte turbã arcẽdo
irruẽtẽ: nõ ex deliberatione
e ſꝫ fortuito caſu clericũ ledat
f ſi ꝟo clericũ vim ſibi inferẽ/
tẽ: vi quis repellat vel ledat
non debet ꝓpter h̃ ad ſe. ap.
trãſmitti. ſi in continẽti vim
g vi repellat: cũ vim vi repelle
h re: oẽs leges oĩaqꝫ iura ꝑmit
tãt. ¶ Nec ille cõpellẽdus ẽ
ad ſe. ap. venire: qui in cleri/
i k cũ cũ vxore mr̃e ſorore vel fi
l lia ꝓpria turpiter inuentum
manꝰ iniecerit violentas.

¶ Ceterũ ſi in ſtupro vel ad
ulterio: qđ cõmittit cũ ea q̃
ip̃m ita ꝓxima cõſanguinita
m tis linea nõ cõtingit ceperit:
aut in eũ violẽtas manus in
iecerit: nõ erit a ſnĩa illiꝰ ex
cõmunicationis immunis.

Idẽ. **Qui pcutit clericum ignorãs ꝓbabiliter eũ clericũ excõicatꝰ nõ eſt: ignorantiã tñ ꝓbare debet per iuramẽtũ. ⁊ ſi hoc p̃ſtare recuſat ꝓ excõicato haberi dꝫ. IIII.**

SI vero aliq̃s in clericũ
nutrientẽ comã: manꝰ
iniecerit violẽtas. ꝓpter h̃
nõ debet apoſtolico p̃ñtari
cõſpectui: nec etiã excõicati
one notari. dũmodo. ip̃m eẽ
n clericum ignorauerit. Uel ſi
o hoc dubium fuerit: propria
manu dumtaxat p̃ſtiterit iu
ramentum: ꝙ eum eſſe cleri/
cum ignoraſſet. ¶ Ab illo
p autem ſi preſtare noluerit iu
ramentum. quia violentas
manꝰ cõſtat eũ ĩ clericũ ĩiecie
ciſſe. ſicut ab excõmunicato
donec de mãdato ſummi põ
tificis abſoluat̃ cõuenit ab/

cũ ꝑcuſſerit ꝑ epm abſoluat̃. ĩ. eo. de monialibus.

SI vero ¶ Quattuor ſunt ꝑtes. Scđa ibi: officialis. Tertia ibi: nec ille. Quarta ibi: ceterũ. Ab.

a ¶ Abſolui. ergo ẽ excõiatꝰ quare intelligendũ eſt đ eo qui animo ĩniuriandi hoc fecit. ⁊ hoc nota qđ dicit malignatꝰ. alioquin nõ eſſet excõicatus cũ canõ doloſos et violentos tm̃ teneat. vt. s̃. c. j. ⁊. xvij. q. iiij. ſiquis ſuadente. Ber. b ¶ Grauiter: vulnerauit. caſus iſte ſemꝑ excipit̃. ĩ. e. cũ illoꝝ. c ¶ Officialis. i. iudex vl' apparitor alicuꝰ ꝑtãtis vel pricipis. d ¶ Laico. ſuple etiã q̃ de mãdato ſui p̃lati: h̃ faceret. nihilominꝰ incidit in canonẽ. ĩ. e. vniuerſitatis. niſi clerici deliq̃rint. nec aliter poſſũt ad iudicium trahi. tũc đ mãdato p̃latoꝝ capi poſſunt. vt tradit̃. ĩ. e. vt fame. e ¶ Fortuito. tũc em̃ nõ imputat̃. qꝛ caſus fortuiti p̃uideri nõ pñt. s̃. de homi. iohãnes. ⁊. c. vl. ⁊. s̃. de cõmo. c. vno. ⁊. ff. de admi. re. ad ci. ꝑti. l. ij. § ſi eo tꝑe. ⁊ ff. de cuſ. ⁊ exhi. reo. nõ eſt. ⁊. l. milites. in fi. qꝛ nulla temeritas vel violẽtia in eo notari põt. ſed excuſat̃ rõne officij alias nõ excuſaret̃: quia debuit p̃uidere an ex facto ſuo poſſet iniuria irrogari. ar. s̃. de iniur. c. vl. B. f ¶ Inferentẽ: tunc em̃ excõicatus nõ eſt cũ licitũ ſit ſe defendere. ĩ. e. ex tenore. ſeruato moderamine inculpate tutele. s̃. de homi. ſignificaſti. ij. g ¶ Uim vi. ff. de iu. ⁊ iur. vt vim. ⁊. ff. ad. l. acquil. ſcientiã. § q̃ cuꝫ aliter. ⁊. s̃. de homi. ſignificaſti. vbi de h̃. h ¶ Oẽs leges. de hac materia loquẽtes ⁊ ita vniuerſalis reſtrĩgit̃. ſic. j. di. oẽs leges. ſic ⁊ in diffinitiua. s̃. de priuil. vt priuilegia. i ¶ Cũ vxore. idẽ eſt in ſponſa de pñti qꝛ ⁊ lex ꝑmittit illã accuſare iure mariti. ff. de adul. ſi vxor. § j. Ber. k ¶ Matre. nũquid noĩe matris intelligimꝰ omnes aſcendẽtes ſm. l. vr̃ ꝙ ſic. ff. de verb. ſig. appellatione. ⁊ noĩe filij omnes etiã deſcendentes. vt lex dicit. ff. e. liberoꝝ. ꝑ leges iſtas videt̃ ꝙ ſic. in caſu iſto nõ credo hoc extendendũ ad aſcendẽtes vel deſcendẽtes. cũ minor fiat iniuria. vnde nõ eſt extendenda licentia. s̃. de deci. c. tue. l ¶ Turpiter. huic enim parcit canon. qꝛ tam iuſtũ dolore cõpeſcere non poſſet C. ad. l. iul. de adul. grachꝰ. ⁊ lex ꝑmittit illum occidere ſic inuentum. ff. de adul. ꝙ ait lex. § ꝙ ait. alias ex interuallo nõ liceret. Berñ. m ¶ Nõ cõtingit. quia tunc nihil intereſt eiꝰ. ĩmo culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ ꝑtinẽti. ff. de reg. iur. culpa. Berñ.

SI vero ¶ Tres ſunt partes. Scđa ibi: vl' ſi. Tertia ibi: ab illo. Abbas Sicu.

n ¶ Ignorauerit. ita ꝙ ignorãtia ꝓbabilis fuerit alias nõ excuſaret̃. s̃. đ cle. excõ. mi. apoſtolice. ⁊. s̃. de eo q̃ renũ. epiſ. c. j. et ij. Quid ſi tonſuram vidit ⁊ euꝫ clericum nõ credit reſpondeo incidit ĩ ſnĩam dũ tamen ille clericus ſit. Quid ſi ĩ veritate nõ erat clericus. lꝫ tonſuram deferret. ⁊ illum ꝑcuſſiſti credens illũ clericum ꝓpter cõſcientiã teneris. niſi poſtea certꝰ efficiaris. argu. xj. q. iij. quoniaꝫ multos ſm vnũ caſũ. Quid ſi crediderit ꝑcutere titiũ laicũ ⁊ in ꝑſona errans percuſſit martinuꝫ clericũ Ala. dixit. ꝙ ĩ ſnĩam icidit. qꝛ iniuriari voluit. ff. de iniur. eum qui. § ſi iniuria. et. s̃. de iniur. c. vl. Tan. dixit ꝙ nõ incidit in canonem qđ ꝓbat ꝑ hanc lr̃am. quia dicit hic. ſi ꝑcutiat clericũ quẽ credebat laicũ nõ eſt excõicatus. vt hic dicit. ſola. n. temeritas ⁊ violentia in hoc cõſiderat̃. ar. s̃. e. c. j. ⁊. ĩ. e. veniens. ⁊. ff. de iniur. illud. § vl. ⁊. l. ſe. iniuriã tñ fecit vt dicit ala. ⁊ ꝑ eadẽ iura potius credo opi. alani tutior ẽ. o ¶ Propria manu. ſoli ſacramẽto credit̃ quãdo de cõſcientia alicuiꝰ dubitat̃ vel querit̃. vt hic patet. xxxiij. q. ij. in lectũ. xxxj. q. ij. ſi verũ. ff. de re mili. nõ omnes. § a barbaris. xvj. q. iij. dilectio. ⁊. xxxv. q. iij. extraordinaria. ⁊. s̃. de excep. paſtoralis. arg. s̃. qđ me. cau. c. vl. cum ſuis ꝯcor. poſitis ibi. p ¶ Noluerit. hoc ip̃o ꝙ iurare non vult preſumptio eſt contra eum ꝙ tanq̃ excõmunicatus vitabitur. ſi. s̃. de here. excommunicamus. § qui vero cum conſtet. ꝙ violentas manus in illum iniecit. ſic enim pro conuicto habetur qui ſe non purgat. s̃. de ſymo. de hoc. ⁊. s̃. de pur. ca. cum. P. ⁊. c. inter. in fine. Item hic habes ꝙ licet clericus non ſeruet habitum ſuum adhuc retinet priuilegium ſuuꝫ. vnde contra. ĩ. eo. in audientia. hoc intellige ante trinam admonitionem. illud cum ſuis conſimilibus poſt. quia tunc perdit priuilegium. Bernhardus.

ſtineri. Idē. **Percutiēs cle**
ricū vel religioſum excōica/
tus eſt nec ab alio ꝙ̄ a papa
abſoluit̃ p̄terꝙ̄ in mortis ar
ticulo. Ca. V.
Non dubiū eſt: ꝙ hi q̄
violētas manus in clericos
vl̓ canonicos aut cuiuſlibet
a religionis cōuerſos iniiciūt
b ex cōſtitutione cōcilij ſnīam
excōicationis incurrūt: nec
c niſi in articulo mortis ſine
ro. pon. abſolutionis pn̄t be
neficiū impetrare. Idem.

Mulieres que inciderūt in
canonē ſiqs ſuadente abſol/
uunt̃ ab ep̄o. idē in pſonis q̄
nō ſunt ſui iuris vel delicati
de quibꝰ dubitabat̃ ꝙ non
poſſent cōmode accedere ad
curiā. ⁊ mādās clericū pcuti
excōicatꝰ eſt ſicut percutiēs.
Mulieres vel Ca. VI.
d alie pſone que ſui iu/
ris nō ſunt: ab ep̄o dioc̄. ab/
ſolui poſſunt: ſi manꝰ in cle/
ricū iniecerint violentas.
¶ De his vero qui magne
ſunt potentie: ⁊ ita delicati
e ꝙ laborē veniēdi ad ſe. apo.
nequeunt ſuſtinere: reſpon/
demus ꝙ ſtatus pſone pri⁹:
⁊ veritas negocij eſt intimā/
da ro. pon. ⁊ ſm̄ conſilium
eius tales erunt de commiſ
ſo ſcelere corrigendi. ¶ Illi
vero qui non per ſeipſos:
f ſed eorū auctoritate vel mā/
dato alij: alij violenter iniici
unt manus in clericos: ad
ſe. apo. ſunt mittēdi. cum is
committat vere: cuiꝰ aucto/
ritate vel mandato delictuʒ
committi ꝓbatur. Idem.

Excōmunicatus per iniecti
onem manuū in clericū licet
occultus abſoluit̃ per ſoluʒ
papam. Ca. VII.
g Porro ſi aliqui violen
tas manus in fratres
ſuos iniiciunt: ⁊ ducti peni/
tentia non conuicti. ſed pri/
uatim a te veniā poſtulant:
eos monere debes: ⁊ induce
re: vt his quos leſerunt con
h grue ſatiſfaciant: ⁊ apo. ſe.
conſpectui rep̄ſentent. cum
a te vel alio ſine ſpeciali mā/
dato. ro. ponti. abſolui non
poſſunt. Idem.

Non dubiū. Religioſis cōuerſos. ỹ. e. ex tenor. ex eo
ꝙ dicit religionis. videt̃ ꝙ ꝯuerſi ſeculariū eccle
ſiarū nō habeāt hoc priuilegiū. ar. xxvij. q. j. lex cōtinē
tie. Sed dicendū eſt ꝙ exquo tradiderunt ſe ⁊ ſua di/
uino obſequio ſiue in ſeculari eccl̓ia ſiue in regulari. iā
cenſent̃ eccl̓iaſti
ce pſone. ⁊ ex to
to trāſlati ſunt
in forū eccleſie.
vn̄ habēt emuni
tatē eccleſiaſticā
xvij. q. iij. quiſ/
quis. ⁊ dicit de/
cretū ꝙ tm̄ duo
ſunt genera chri
ſtianoꝝ. vnū qḋ
dedicatū eſt in
diuino obſequio
vt clerici ⁊ ꝯuer
ſi. aliud gen⁹ vt
laici. xij. q. j. duo
ſunt. Quidā tn̄
volunt dicere ꝯ.
ſed benigni⁹ eſt
dicere ꝙ ſic vt
eoꝝ gaudeāt pri
uilegio quoꝝ vi
tā ⁊ religionem
aſſumūt. vt. ſ. ḋ
ſta. mo. recolen/
tes. b ¶ Ex
cōſtitutione con
cilij. xvij. q. iiij.
ſiqs ſuadente. in
qua cōſtitutiōe
nulla fit mentio
de cōuerſis. ſʒ p
hoc. ⁊ ỹ. ex teno/
re extēdit̃ ad cō/
uerſos. ſic qḋ dr
de monachis ex
tendit̃ ad regu/
lares. ſ. de po/
ſtu. ex pte. ⁊ ita
p cōſequens ad
omnes cōuerſos. vt dictū eſt. ỹ. e. canonica. Bern̄.
c ¶ In articulo mortis. ⁊ in alijs caſibus qui haben
tur. ỹ. eo. ꝙ̄uis. vbi de hoc. Bernhardus.
Mulieres. ¶ Tria ſunt dicta. Scḋa ibi: de his
vero. tertiū ibi. illi vero Abbas. d ¶ Sui iu/
ris. vt ſunt ſerui. ſed hoc intellige ſm̄ diſtinctionē illi⁹
decre. ỹ. e. relatū. Ne intelligas hoc verbū ḋ filijſfami
lias qui dum ſunt in patria poteſtate non dicunt̃ ſui
iuris. quia tales debent ad curiam mitti: niſi ſint in/
fra pubertatem. ỹ. c. ꝙ̄uis. ⁊ c. vl. Bernhardus.
e ¶ Laborem veniendi. hoc referas ad arbitriū epi
ſcopi. ar. ff. de verb. obli. cōtinuus. §. cū ita. Et ſi vide
bit̃ epiſcopo qḋ laborem eundi nequeat ſuſtinere. ꝓpt̃
periculū more illum abſoluere poteſt recepta ſufficiē/
ti cautione. ꝙ parebit cōcilio ſiue reſponſo pape. arg.
optimum. ſ. ti. pri. c. vl. ⁊ ỹ. e. decetero. ⁊ c. ſacro. Si
vero periculum non timet̃ conſulat̃ papa anteꝙ̄ ab/
ſoluat̃. ⁊ hoc videt̃ dicere littera iſta. Bern̄.
f ¶ Auctoritate. vel mandato. ſic. ſ. de reſti. ſpo. cum
ad ſedem. ad finem. ⁊ ille dicit̃ facere q̄ p aliū facit. ff.
de admi. tu. ita tn̄. §. geſſiſſe. ⁊. xvj. q. vj. cōſuetudo in
fi. ⁊ ỹ. e. vt fame. §. vl. ⁊ C. de accu. nō iō. ⁊. ff. ad. l. ac/
quil. liber hō. in prin. ⁊. ff. de iuriſdi. om. iu. ſiqs id. §.
vl. ⁊ q̄ cām p̄buit vel opē tenet̃. ff. ḋ vi. bo. rap. l. iiij. §.
ſi cū ſeruā. ⁊. ſ. de homi. ſicut dignū. §. ij. ⁊. ſ. de iuiur.
c. vl. Sʒ videt̃ ꝙ ille q̄ mādato alteri⁹ hoc facit nō te/
neat̃ maxime ſi habeat in illo poteſtatē vel ei ſubiect⁹
ſit. arg. ff. de re.
iu. nō videt̃. ⁊ l.
p̄dicta. ff. ad. l.
acquil. liber ho/
mo. ij. Sed con
trariū verū eſt.
quia p̄ceptū in/
iuſtum fuit cui
nō debuit obedi
re. ſed deo poti⁹
ꝙ̄ homini. ỹ. e. re
latū. ⁊. xj. q. iij
iulianus nō ſem
per. ⁊. xxiij. q. j.
q̄d culpat̃. in fi.
et. ff. de vi ⁊ vi
ar. l. j. §. quotiēs
⁊. ỹ. eo. vniuerſi/
tatē. qꝛ nec illa
ptās data eſt lai
co ſup clericū. ſ.
eo. ſi vero. §. j. Sʒ
pone ꝙ manda/
uit. ſed ante ma
nuū iniectioneʒ
penituit q̄d erit
rn̄deo. nihilomi/
n⁹ in canonē in/
cidit niſi reuoca
uerit mandatū
ita ꝙ reuocatio
ad ipſum perue
nerit. arg. ff. mā.
ſi mandaſſeʒ. et
ff. ad macedo. ſi
tamen. ⁊ l. ſi fi/
lius. ⁊. ff. quod
iuſſu. l. j. rn̄ſo. j.
⁊. ſ. de pcu. mā/
dato. ⁊ c. ex inſi
nuatione. ⁊ ſ. de reſcri. ex pte. iij. Sed pone ꝙ manda/
tor ante iniectionē manuū moriat̃. tūc nō erit excom/
municat⁹. qꝛ mandatū morte extinguit̃. ff. man. inter
ceteras. §. j. ⁊. ſ. de offi. dele. relatū. ⁊. c. licet. ⁊ eccl̓ia
nō ligat ſub terra. ar. ỹ. eo. a nobis. ⁊. xxiiij. q. ij. legat̃.
ar. a cōtrario. Itē pone ꝙ nō mādat ſed ratū habet
ex poſtfacto. nunquid incidit in canonē. Quidam di/
cunt ꝙ ſic qm̄ ratihabitio locū habet in maleficijs. ff.
de vi ⁊ vi ar. l. j. §. quotiens. ff. de his qui no. infa. q̄d
ergo. arg. C. de ince. nup. l. iij. ⁊. ſ. de reſti. ſpo. cum ad
ſedē. in fi. ar. cōtra. ff. mā. ſi vero. §. ſi poſt. Nō credo ꝙ
in caſu iſto incidat in ſnīam. licet expoſt facto ratum
habeat cum hoc fecerit cauſa ſui ⁊ eius nomine. ſecus
ſi potui ꝓhibere ⁊ nō ꝓhibui. de hoc dicetur. ỹ. eo. quā
te preſumptionis. Bernhardus.
Porro ſi aliqui: qui nō ſunt fratres illoꝝ quos le/
ſerunt. quoniā ſi fratres eēnt ⁊ ſe adinuicē pcuſ/
ſiſſent abbas eos abſoluere pōt. ſ. e. monachi. ⁊ ỹ. eo.
cū illoꝝ. vel pōt intelligi de alijs ꝙ̄ de monachis. qḋ
veri⁹ videt̃ ⁊ loquit̃ ep̄o ſuos ⁊ alia lr̄a habet tuos. et
planior eſt littera. ⁊ ſic eſt in antiqua. Bern̄.
h ¶ Satiſfaciant. ar. ꝙ nō valet pn̄ia ſine ſatiſfactio

ne.ſ.de vſuris. cum tu. ⁊.xiiij.q.vj.ſi res.et.xxiiij.q.ij.legat.de peni.di.j.neminem.Bern̄.

N Ulli. a ¶ Vitare .ſ.de pꝛiui.cuʒ ⁊ plantare ⁊.c.vt pꝛiuilegia .ad hunc em̄ caſum pꝛiuilegiū non extenditur.Sed nunquid papa cõmunicando excõmunicato incidit in canonem. dic ꝙ non licet al's male faciat. de hoc dicitur.j.eo.ſi quãdo.quoniam pꝛinceps. legibus ſolutus ē.ff.de legi. pꝛinceps.⁊ .C.e.digna vox. ipſe em̄ ſolus interpꝛetatur leges.j.e. int̄ alia. vbi de hoc. Bern̄.

P Arroch b ¶ Mõachoſ ſed nunquid monachus poterit agere actione iniuriarum dic ꝙ non.ſed actio cõpetit mõaſterio ⁊ aget ſyndicus monaſterij ſicut actio iniuriaruʒ competit domio ſi iniuria ſit ſeruo etiã aget dominus ⁊ non ſeruus.inſti. de iniur.§ ſeruus autem . quid ſi remittit monachꝰ iniuriaʒ?nihil agit quin poſſit agere monaſteriuʒ. ſic licet filiusfamilias remittat iniuriam factaʒ ſibi.pater nihilominꝰ agere põt pꝛo iniuria filio irrogata.ff.ð pac.in pſona.imo ⁊ ſi iniuria fieret filio volenti pater agere poſſet.ff.ð iniurijs.l.j.§. vſqꝫ.monaſterium vero iniuriam factam mõacho poteſt remittere:ſecus in eccleſia ſeculari.quia non poſſet remittere iniuriam factam clerico. argu.xvij.q.iiij.quiſquis. Vin. c ¶ Conuerſos.ſic.j.eo.c.pxi.⁊.ſ.eo. non dubium.vbi de hoc. d ¶ Decreti.xvij.q.iiij.ſi qs ſuadente. e ¶ Satiſfaciant.ſed cui dabitur ſatiſfactio p lr̄am iſtã videt̄ ꝙ ipi mõacho vel cõuerſo leſo.vt dicit hec lr̄a. Sʒ ꝯ videt̄.xij.q.j.n̄ dicat̄.⁊.ff.p ſocio.l.ſi int̄ fratres.§.vl. De iniuria facta ſeruo.dic vt inſti. de iniu.§.ꝙ ſi vſufructꝰ.⁊.§.ſe.in mõacho ꝟo vel conuerſo q̄ ꝓpꝛiū nõ hꝫ ſatiſfactio dabit̄ monaſterio.⁊ qð dicit ħ leſis ſi dat̄ leſio ſatis dat̄ mõaſterio . qꝛ quicqd mõacho dat̄ mõaſterio acquirit̄.ſ. de ſta. mo.cum ad monaſteriū.clerico autē ſeculari debet dari q̄ leſus ē ſi clericꝰ inde decedat.dic vt.ſ. de pe.pſbꝛi. ⁊ ex iniuria plures oꝛiunt̄ actiões.ff.de iniu.l.j.§.vl.ſʒ corã q̄ eſtimabit̄ hec iniuria? reſpõdent qdaʒ ꝙ corã iudice percuſſoꝛis.in ſi.de iniur.§.ſed poſtea.⁊ ſic interdū in foro ſeculari Vin.dixit.ꝙ rõne acceſſionis eſtimabitur coꝛam iudice eccl'iaſtico.ſicut ð in dote.ar.ſ. de ꝯiuſer.ꝓpoſuit.i ſi.⁊.ſ.de dote .pꝰ diuoꝛ.reſti.c.j.ij.⁊.iij ſʒ ħ itellige cū q̄rela excõicatiõis defert̄ ad eccl'iaſticū iudicē:tunc eſtimabitur iniuria corã ipo. qꝛ alit̄ non abſoluit̄.vt ħ ð.Si ꝟo clericꝰ ſimpliciter vult ꝯq̄ri de iniuria ſibi irrogata:ſatis videt̄ ꝙ debeat ſequi foꝝ rei.papa tn̄ q̄tidie dat lr̄as clericꝭ ꝯ laicos nomine etiã ſuo.et ð hoc.xj.q.iij.c.vl.Bern̄.

Etiã pꝛiuilegiati tenent̄ vitare excõicatū ⁊ p iniectiõeʒ manuū in clericum excõicati ſunt. Caplm̄. VIII

N Ulli ſe pñt pꝛiuilegio ap.ſe.tueri: q̄ minꝰ excõmu/
a nicatos vitare debeãt: ⁊ pꝛo violenta manuū iniectione i clericos:ſicut excõicati vitari. I dem epis ⁊ alijs p̄latis per galliam conſtitutis.

Percutiēs monachū vel cõuerſū religioſum debet denūciari excõicatus ⁊ vitari donec fuerit per papam abſolutus. Caplm̄ IX.

P Arrochianos vr̄os.ſi
b c qui in monachos vel cõuerſos p̄fati oꝛdinis: violentas manus iniecerint.ſub ap.re.
d ſm tenoꝛē generalis decreti excõitatos pu. nūciet̄ : ipoſqꝫ faciatis ſicut excõicatos artiꝰ euitari:donec leſis con
e grue ſatiſfaciãt:⁊ cū lr̄is veſtris ap.ſe.ꝯſpectui repn̄tēt. I dem genueñ.archiepo.

Ponit̄ foꝛma p̄cepti qð ſub virtute iuramēti fieri debet illi q̄ ꝓ violenta manuū iniectione in clericū excõicatus abſoluitur. Caplm̄ X.

E X tenoꝛe litteraꝝ tuaꝝ nobis innotuit: ꝙ.B. canonicus in quendam ſubdiaconum manꝰ iniecit violentas:ei.j. ¶ Mandamus itaqꝫ quatenꝰ recepto ab eo
f iuramēto:ꝙ tuo debeat mãdato parere:ipſū vice noſtra a ſentētia qua tenetur abſoluas.ſibiqꝫ in virtute iuramē
g ti pꝛecipias:ne decetero i clericum monachum vel alicuius religionis cõuerſum manus inijciat violētas . niſi ſe
h i defendendo:aut de mandato ſuoꝛum fecerit pꝛelatoꝛuʒ.
k vel niſi ſuper eum pꝛelationis miniſterium aut magiſterium habeat:aut cum ipo in
l eadem eccleſia ſociꝰ eſſe noſcatur. I dē cenomaneñ.epiſcopo.

Excommunicatum pꝛo percuſſione clerici abſoluit epiſcopus ſi ſine periculo papam adire nequit : debet tamen ſibi mãdare quod adeat papam impedimento ceſſante. Caplm̄ XI.

D E cetero noueris:ꝙ ſi quis pꝛo violenta manuum iniectione in clericuʒ eſt vinculo excõmunicatiõis

E X teno. ¶ Pꝛimo ponit̄ foꝛma pꝛecepti. Secūdo delicti coꝛrectio.Scða ibi:Mãdamus Ab. f ¶ Debeat. qui ſic iurat nõ ē aſtrictꝰ niſi ad iuſtū mandatū.ar.ſ. de elec. cãʒ q̄.⁊.ſ.ð iureiur.veniēs. ⁊.c.qñtauallis.⁊.ff.ꝓ ſocio. ſi ſocietatē.⁊.ff.ð ope. li.ſi libertus . et idem eſt ſic iurare ac ſi iuraret ſtare mandatis eccleſie ⁊ illa eſt recta foꝛma.⁊.ſ de appel.ad hoc ⁊ p hoc iuramentū hoc tm̄ pꝛecipere põt:put hic ſequitur in lr̄a . ⁊ ꝙ ſatiſfaciat leſo.ſ.c.pꝛoxi.⁊.j.e.ea noſcitur.Bern̄. g ¶ Ne de cetero.ſic.j.eo.graue. h ¶ Defendendo ſ.eo.ſi vero.j.Bern̄. i ¶ Mandato ſuoꝛum . dum tamen mandatum ſit iuſtum. vel ſaltem ſi dubitetur. xxiij.q.j.quid culpatur.in ſi.ſi autē ſit iniuſtum nõ eſt obediendum.xj.q.iij.non em̄.⁊.c.iulianus. ſi dominꝰ exemplum.de mandato habes .j.e.vniuerſitatis. et.c. vt fame.§.j.al's non excuſatur .ſ.eo.mulieres. ⁊.j.eo. vniuerſitatis.Bern̄. k ¶ Pꝛelationis. idem eſt ſi habeat officium in eccleſia ratiõe cuius coꝛrigere põt inferioꝛes clericos vel magiſterium.vt hic ⁊.j.e.cū voluntate.vbi de hoc. ⁊.ſ.eo.c.j.Bern̄. l ¶ Socius. hoc dictum eſt pꝛopter aſſiduam conuerſationē. vnde pꝛeſumitur ꝙ facilius manus inijciãt i ſeipos:quãdoqꝫ veniunt ad verba ⁊ ſic ad factum ⁊ rõne p̄ſumptionis non pꝛecipitur de ſocio.ſic pꝛopter p̄ſumptionem iuramentū quandoqꝫ nõ indicitur clericis.ſ. de cohabi.cle.⁊ mu.clericos.⁊.ſ.de p̄ſūp.lr̄as. Bern̄.

D E cetero ¶ Due ſūt ptes.Scða ibi:Sʒ.Ab.

a ¶ Iuſtas excuſatiões. Nota φ in omni edicto itel/ligitur rationabilis excuſatio. vt hic patet. quãtũcũqȝ preciſe ſcribatur exceptiones legitime excipiunt. vt. ȝ. de offi. dele. ex parte. ij. ȝ. de reſcrip. ſi quando. In quibus caſibus quis ab itinere excuſetur. habes. ꝭ. e. ꝙuis et in littera ⁊ in gloſa. Bern̄.

b ¶ Licet a dioceſano. nunqd et pſbytero? reſpõdeo i ſumma neceſſitate licȝ. ar. xvij. q. iiij. ſi qs ſuadente. ⁊. ȝ. e. non dubiuȝ. al's non niſi hoc faceret de mandato epiſcopi. xxvj. q. vj. c. vlti. qȝ epiſcopus hanc abſolutionem bene poteſt cõmittere ȝ. de offi. ordi. c. vlti. Bern̄.

c ¶ Iuramẽto vt dictũ eſt. ȝ. e. c. pxi. ſi. ꝭ. eo. ꝙnis. in fi.

d ¶ Suſceptu/rus. nõ dicit abſoluendus. quia iam erat abſolutus. quia obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit de conſe. diſ. iiij. queris. ⁊. xxiij. q. iiij. ſi illic. de pe. di. iiij. diuina clementia. ff. de ſolu. q res. §. areã. C. de remiſ. pig. cum ex cã. Quidã dicũt φ oportunitate recepta recidunt in excõmunicatiõeȝ ar. xxvj. q. vj. q recedũt. ⁊. c. đ his vero. ⁊. C. đ his qui bo. ce. poſ. l. penul. ⁊. ȝ. de ſolu. c. penul. quod non placet. libertas em̄ ꝙuis indebite obtenta non retractatur. C. ſi aduer. liber. l. j. et. ij. quod ſi non fecerit tãꝙ periurus habebitur. ⁊ poſſet compelli vt iuramẽtum ſeruet. argu. ȝ. de iudi. nouit. Bern̄.

Ad hec. Hec decre. erat de reſcrip. f ¶ Alijs. imo pmo loco remittiꝭ abſolutio ſuo excõicatori ȝ. de reſcrip. ab excõicato. ⁊ hoc cum ſnia lata eſt ↄtra formã ↄcilij vt ibi dr. qđ habes. ꝭ. e. ſacro. Et eſt ar. φ ſemp reſcriptũ debet eſſe obtentũ ſm ſtilũ romane curie. al's ſuſpectũ habeꝭ. ȝ. de cri. fal. ꝙgraui. in fi. Itez eſt ar. ex eo φ fieri ↄſueuit. xxviij. di. de ſyracuſane. ⁊. ȝ. de cle. ↄiu. diuerſis. ⁊. ff. ad ſena. conſul. mace. l. iij. ⁊. l. itẽ ſi filius. §. qđ dicit. g ¶ Sufficienti. cũ quis eſt excõicatus p iniectione manuũ in clericos ſola cautio

aſtrictus ſi habẽs capitales
a inimicitias vel al's iuſtas ex
cuſationes: quibus ab itine
re rationabiliter excuſetur.
ita φ ſine periculo ap. ſe. ne/
queat cõſpectui preſentare:
b c licȝ dioc. epiſcopo recepto iu
ramento: ſm morẽ eccleſie ſi
bi abſolutionis gratiam im/
partiri. ¶ Sed eſt illi ſub iu
ramenti debito iniungendũ
vt ꝙcitius oportunitatẽ ha/
buerit: ro. pon. adeat mãda/
d tum apoſtolicũ ſuſceptur⁹.

Urba. iij. ſenoneñ. archiepiſcopo Cum papa abſolutionem excõmunicati delegat: mandat recipi cautionem de parendo mandatis eccleſie. Capitulum. XII.

e Ad hec cuȝ inter parro/
chianos tuos: et. ꝭ. ¶ Ro.
ecc. abſolutionem ſententie
delegatorũ iudicũ: nequaꝙ
f cõſueuit alijs delegare: niſi
in litteris cõmiſſionis conti
g neat expſſe: de ſufficiẽti cau/
tione pſtanda ab his q ſolui
debent: qđ iudicio eccl'ie de/
beãt obedire. Clemẽs. iij.

Excõicatus p canonẽ ſi quis ſuadẽte: ſi diues vel pauper p papã abſoluẽdus ẽ vel ei⁹ legatũ. fallit i muliere: ſene: infirmo vł mutilato qui per epm abſolui pñt. Ca. XIII

iuratoria ſufficit. ȝ. eo. ex tenore. ⁊ ꝭ. e. cum deſideres. Cum vo p cõtumacia vel crimine manifeſto ſufficiẽs debet cautio pſtari. ꝭ. ti. pxi. ex pte. vbi de hoc. ſic etiã cũ data ẽ poſſeſſio cã rei ſeruande. ȝ. de ſeque. ¶ A noſcitur. ¶ Primo (ad hoc in fi. Bern̄.

E A noſcitur: ⁊. ꝭ. ¶ Cõ
ſul. t. t. duximus reſpõ/
h dendum. φ mulieres: ſenes:
i ⁊ valitudinarij: ſeu membro
rum deſtitutiõibus impedi/
ti. licȝ ad apo. ſe. non veniãt
ab epiſcopis valeant fideliũ
cõmuniõi reſtitui: ſatiſfacto
k iuxta facultates his: quib⁹
per eos cõſtiterit iniurias ir
rogatas. ¶ Alios autem ſi/
l ue pauperes ſiue diuites ſe.
m apo. vel legato eius vt bene/
ficium abſolutiõis obtineãt
neceſſe eſt pſentari. ¶ Si ve
ro infirmitatꝭ tẽpore timore
mortis: beneficiũ fuerit ab/
ſolutionis indultũ: iuramen
to preſtito iniungaꝭ eiſdem:
vt poſtꝙ ſanitati fuerint re/
ſtituti: ad ro. ec. vel eius le/
gatũ accedãt: mãdatũ ap. ſu
n per talib⁹ recepturi. Idem.

Ante denũciatiõeȝ vitãdus ẽ excõicat⁹ p violẽtia manuũ iniectiõe i clericos niſi ſit occult⁹. hoc pmo. Interficiẽs clericũ q ↄtẽpto clericali habitu ſe enormitatib⁹ imiſcuit excõicatus nõ eſt: hoc ſecundo. Capitulum. XIIII.

Q Am nõ ab homie: et. ꝭ.
Cõſul. t. t. r. φ a cõione illi⁹ q
p ſacrilega manuũ iniectiõe
in clericũ: ⁊ i edictũ excõmu
o nicatiõis incidit: lȝ denũci/

exceptiões ponit Scdo regulam ibi: Alios. Tertio quãdã determinationeȝ. ibi: Si vo. Ab.

h ¶ Mulieres ȝ. eo. mulieres. ⁊ ꝭ. eo. ꝙuis. vbi multe tales pſone excipiuntur.

i ¶ Ualitudinarij. iſti pp̄ter infirmitateȝ abſoluũꝭ. ita tñ φ ſi cõualerint ſedem apoſtolicaȝ viſitabunt mandatũ apoſtolicũ recepturi. ȝ. e. de cecero. ⁊ ꝭ. e. qđ đ his. ⁊. c. ꝙuis in fi. ⁊ h in fi.

k ¶ Iuxta facultates h ſemp intelligendũ eſt ſm φ ſatiſfacere põt ſatiſfaciat. φ ſi non põt in penam aliã põt ↄmutari. ar. ȝ. đ maleđ. c. ij. vł expectet ꝙdiu facere poſſit cautione recepta. ȝ. đ ſolu. ca. pe. vbi đ hoc. naȝ inanis eſt actio quã excludit inopia debitoris. ȝ. de reſti. ſpo. olim. ij. ff đ dolo. l. nã is.

l ¶ Pauperes. ꝭ. eo. qđ de his. ⁊. c. ꝙuis ↄtra. Sol. ibi loquiꝭ de his qui tanta paupertate laborant qđ ad curiam ire nõ poſſunt. hic đ his qui poſſũt ire lȝ paupes ſint. m ¶ Legato ꝭ. e. ad eminentiaȝ. ⁊. c. ꝙuis. qđ ex officio legatiõis lȝ. ȝ. de offi. le. c. φ traſlationem. alij vero legati qui de latere pape nõ mittũtur ſeruent ſm quod dicit. ȝ. de offi. leg. c. pe.

n ¶ Recepturi. ȝ. eo. decetero. vbi de hoc. Bern̄.

Q Am non. ¶ Duo ſũt dicta. Scđm ibi: In articulo. Ab. o ¶ Denũciat⁹. nõ ſit. ⁊ ſic ꝙcito ſcio aliquẽ excõicatuȝ ſtatim debeo ipm vitare ꝙuis nõ ſit denũciat⁹ niſi ſol⁹ h ſciã. vt h dicit. ⁊. vij. q. ij. ſi tantũ. ⁊. c. placuit. arg. ij. q. vij. pleriqȝ. qui em̄ ſcit certiori nõ debuit. ff. de acc. em. ⁊ ven. l. j. in fi. ⁊. xciij. di. ſi inimic⁹. qȝ excõicatio executionẽ ſecum trahit. ȝ. de appel. paſtoral'. ⁊ denũciatio ñ fit niſi ppꝭ ignorãtes.

atus non ſit: debes abſtinere: niſi forte id tibi ſoli pateret: ī q̄ caſu ip̄m p̄uatim tantũmodo euitabis: q̄diu ab eccl'ia toleratᷣ. vt ſaltē verecũdie rubore ſuffuſus: p latenti exceſſu ſatiſfacere compellatᷣ. ¶In articulo vo ſecũde q̄ſtionis reſpondem⁹ ꝙ occiſores clericoꝝ aut p̄ſbyteroꝝ: q̄ a ɔtēpto clericali habitu: tirannidi ꝛ enormitati ſe inuerecunde īmiſcent: in odium clericalis exceſſus: ꝛ terrorē atq; correctiõeꝫ ſimiliũ: b canone late ſn̄ie minime cohercētᷣ: iniungatur tñ eis penitētia cõpetẽs. aliq̄ntulũ c aſperior ꝙ ſi in laicos talia cõmiſiſſent. Idem.

Infamato de excõicatiõe cõmunicandũ nõ niſi ſe purget vel ad cautelaꝫ abſoluatur.

Capitulum. XV.

Q Um deſideres: ꝛc. ī. Fuit autem prime queſtionis tenor huiuſmodi: vtruꝫ alicui excõmunicato qui mandato eccleſie ſtare iurauit: ꝛ ante d abſolutionē ep̄s ei cõmunionem reddidit: ſit cõmunicādum ab alijs: et an epiſcop⁹ id facere debeat: ¶Cui queſtioni. T. R. ꝙ cuꝫ cautio iuratoria: quā hodie q̄ excõica e cati ſũt p̄ſtāt: poti⁹ ad cautelam ex cõſuetudine eccleſie: quā rigore canonuꝫ ſit inducta neq; momẽti tam validi reputetᷣ: ꝙ niſi abſolutiõis beneficium ſubſequatᷣ: ille q̄ excõicatur debeat cõioni aliorũ reſtitui: p̄ſertim cũ ex eo iuramento abſolutionē ɔſecutus nõ ſit. ꝛ ɔſtat eũ excõmunicatũ fuiſſe: ꝛ verꝫ ſit abſolutum nõ eſſe. nec ep̄s nec alij debēt cõicare eidem: niſi fuerit ſm formā eccleſie poſt f iuramentũ p̄ſtitũ abſolutus quia q̄ cum excõicato ſciẽter cõicauerit. excõicationis pe g nā ɔhit cũ eodeꝫ. ¶Scđe q̄ſtioni hũc finē duxim⁹ impo h nendũ: ꝙ ſi publica fama eſt aliquē verberaſſe clericum. nec ep̄s nec ali⁹ cõicare ſibi debet: niſi ad arbitriũ ep̄i ꝺ i h̄ ſe purgauerit: vel ad cautelam abſolutionis beneficiũ cõſequatur. ¶Tertio loco tua diſcretio req̄ſiuit. ſi clericus verberatus: ep̄o mediante cum ſuo verberatore cõpoſuerit: ꝛ ille reconciliatus ſibi fuerit: an p hoc is debeat ad aliorum cõmunionem admitti: Sup quo tibi breuiter reſpondemus. ꝙ lꝫ ille q̄ violentas manus iniecit: ei quem leſit ſatiſfeciſſe taliter k videatur. eccl'ie tamen quaꝫ offendit ex h̄ non ſatiſfeciſſe l dinoſcitᷣ. ꝛ niſi forma eccl'ie

de⁹ enĩ ligat ꝛ nõ homo. xj. q. iij. nemo ɔtēnat. Jo. fa/uē. ɔtradixit ꝛ male. ꝙ ante denũciationē nõ eſt vitā/dus. a ¶Cõtēpto clericali. ppter h̄ ſolũ non ꝑdũt p̄uilegiũ. ſ̄. e. ſi vo. alids niſi poſt trinā admonitionē ī̄. eo. in audiētia. ꝛ. c. ɔtingit. ij. ꝛ. ſ̄. de apo. c. j. b ¶Minime cohercentᷣ. ſic. ī̄. eo. ꝑpendim⁹. ꝛ ſ̄. ꝺ apoſ. c. j. ar. ɔ̄. ī̄. e. in audientia. ꝛ. c. ɔtingit. ij. vbi expectatᷣ admonitio. hoc intelligitᷣ de his q̄ non ſunt ɔtēti arma portare. ſꝫ ſeuis enormitatib⁹ ſe īmiſcent. vt hic ptꝫ. ꝛ. ſ̄. de apoſ. c. j. ꝛ. ī̄. e. ꝑpēdim⁹. Cõtraria intelliguntᷣ de his q̄ talitᷣ nõ excedunt lꝫ portent arma. vnde illi vſq; ad trinā admonitionem gaudeāt priuilegio ſuo vt ibi dicitᷣ. ſi. ſ̄. de vi. et hone. cle. c. vl. c ¶Aſperior. Nota ꝙ ex ꝑſona augetᷣ crimē xl. di. homo. ff. ꝺ re mili. omne delictũ. §. j. de pe. di. j. §. aut facta ꝛ. ſ̄. ti. pxi. queſitum. Bern̄. Q Uam. Q ¶Uñ abſolutionē cõmunicandũ non eſt excõicato licꝫ iurauerint parere mandatis eccleſie vel compoſuerit cum offenſo. h. d. Vel ſic vt ī rubro. Quattuor ſũt dicta. Secundũ. ibi: Cui q̄ſtioni. Tertiuꝫ ibi: Scđe q̄ſtioni. Quartũ. ibi: Tertio loco. Ab. d ¶Cõmunionē reddidit ꝛ male. quia cũ ip̄e debeat alios ꝓhibere ip̄e hoc facere nõ debet. ff. ſi ſer. ven. l. altius. ſ̄. de na. ex li. ven. c. vnico. vbi de hoc in auten. vt dif. iudi. §. hec autem oīa. in fi. col. ix. ꝛ. xvj. q. j. in canonibus. e ¶Ad cautelā. vt poſt abſolutionē timore iuramenti ſimilia ꝑtimeſcat. xxiij. q. vlti. peſſimā. et ſic iuramentũ nõ eſt de ſubſtātia abſolutiõis. vt infra dicā. Itē ar. ꝙ aliquid faciēdũ eſt ad cautelā futuroꝝ xxiij. di. in noīe domini. ꝛ. ſ̄. de elec. licet. ꝛ. lxiij. di. cuꝫ adrianus. ꝛ exempla p̄ſentia nos p̄cauere faciũt in futurũ. lxxxij. di. plurimos. ad fi. ꝛ. ff. loco. ſi quis domũ. §. j. Bern̄. f ¶Preſtitũ. ſm qđ dictũ eſt. ſ̄. e. ex tenore. ſꝫ forma eccl'ie obſuari generalitᷣ debet nec omittitur niſi. ex cā. ī̄. e. ſup eo. ſꝫ ſi iuramentũ omittatᷣ tñ tenet abſolutio. Bern̄. g ¶Cõtrahit. niſi in caſib⁹ qui ɔtinentᷣ in his vſibus. Nec anathema quidē ſoluũt ne poſſint obeſſe. Vtile lex hũile. res ignorata neceſſe vtile ppᷣ vtilitatē meā ꝛ ne ille cõmodum habeat poſſũ cõicare ex cõicato. ī̄. e. ſi vere. Itē ppᷣ vtilitatē excõicati poſſũ ei cõicare in his q̄ ptinent ad ei⁹ ſalutē. ī̄. e. reſponſo: ꝛ. c. cũ volũtate. in p̄n. ꝛ. xj. q. iij. anteceſſor. ꝛ. ſe. et. c. cum excõicato. Lex ppᷣ eādem legē q̄ eſt viro ꝛ vxori vxor põt cõicare viro. xj. q. iij. qm̄ multoſ et. ī̄. e. inter alia. Humile. ſicut ē ī filijs ſeruis ancillis mercenarijs vt in pxi. cõcor. Ignorata vt hic ex eo ꝙ dicit ſciēter. ꝛ ī. c. qm̄. ꝛ. ſ̄. de homici. ſicut. §. illi p̄terea. ita ꝙ ignorantia non ſit craſſa. ſ̄. de cle. ex. mi. apl'ice. et xij. q. ij. q̄ ꝛ humanis. Neceſſe ī. c. qm̄ multos. ꝛ. ī̄. eo. intᷣ. Tan. h ¶Si publica fama. Nõ ꝙ ſi fama ē aliquē eſſe excõicatũ vitandus eſt. ſi. ſ̄. de cle. excõ. mi. c. illud. ꝛ ita fama facit ꝓbationē ꝛ fama impedit matrimoniũ ɔhēdũ. ſ̄. de cõſan. ꝛ affi. c. ſup eo. i ¶Ad cautelā. ī̄. e. venerabili. ꝛ ſ̄. ꝺ appel. ad p̄ſentiā. ꝛ ꝺ ɔſe. di. iiij. ſi nl'la. ar. vt ſic fama tollatᷣ. k ¶Quā offendit. quā ille dimittere ñ potuit. xxiij. q. iiij. ſi is q̄. ꝛ. lxiij. di. ſalonitane. ꝛ ē arg. ꝙ hec iniuria nõ ſolũ fit iniuriato: ſꝫ toti ordini clericali. ī̄. e. ɔtingit. ſi. ſ̄. ꝺ fo. cõpe. ſi diligēti. vñ iſte nõ potuit paciſci ſup iniuria q̄tenus eccl'iaꝫ contingebat niſi forma eccl'ie fuerit obſeruata vt hic dicit. l ¶Niſi forma eccl'ie. vt ſcꝫ iuramēto p̄ſtito. ꝙ ſtabit mandato eccleſie abſoluatᷣ. vt. ſ̄. e. c. ij. rñ. ī fi. ꝛ. ſ̄. e. ex tenore. ꝛ. c. ꝺ cetero. Sꝫ q̄d ſi iuramēto omiſſo fuerit abſolut⁹. ar. ē h̄ ꝙ nõ teneat abſolutio. ꝛ h̄ q̄dā ɔcedunt. Sed hoc nõ credo. q꞉ iuramentũ nõ eſt ꝺ ſubſtātia abſolutiõis.

ſed recipiť potius ad cautelā ne decetero talia p̄ſumāt vt.ē.eo.c.in princi.ꝛ aliqui abſoluūtur ſine iuramen/to.qḋ non fieret ſi eſſet de ſubſtantia.ſ.e. ſup eo.ꝛ.ſ.e. a nobis.in fi.ꝛ ſic tenet abſolutio licꝫ non debeat ſine iuramēto abſolu .quia libertas vbicūq̧ obtēta fuerit nō reuocať.C.ſi aduer.li.l.ſ.ꝛ.ij. ꝛ ſic lꝫ cōpoſue/rit neceſſaria eſt abſolutio . ſecus eſt in cautiōe facta ꝓpter nouū op⁹ nunciātiv bi non eſt opus vt poſt cautionem remittat.ff. ď remiſ.l. j.§.j. ibi plane.ꝛ qḋ dicit niſi forma ꝛc.in telligendum eſt principaliter de abſolutione cuꝫ iuramento q̄ ta/men q̄tū ad ve/ritatem eadē eſt cuꝫ illa que fit ſi ne iuramento.ſꝫ forma eccleſie generaliter debet obſeruari nec de bet omitti niſi ex cauſa.ſ.e. ſup eo.ſed ſi iuramē tum omittať ni/hilominus tenet abſolutio.

V Eniens. ¶ In pri ma ponitur con/queſtio. In ſcḋa ꝓuiſio.ibi: Ideo q̧.Abbas.

a ¶ Celebratio nē. ex hoc preſu miť q̧ bono ze/lo ꝛ non animo iniuriādi man⁹ in euꝫ appoſuit ſola em̄ temeri/tas et violentia notať.ſ.e.c.ſ.ꝛ.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente. Et ita ptꝫ q̧ ſacerdos turbantē officiū diuinū ſine pena excōmunicationis poteſt expellere de eccleſia.ꝛ quilibet alius ratione officij qḋ obtinet in eccleſia ꝛ etiā ſeniores de ipa eccleſia.ſ.eo.cū voluntate.§.ij.vbi notatur in qui/bus caſibus excōmunicatus nō eſt q̄ manus mittit in clericū. b ¶ Ex h̄ ipm.i.ex hac tali ꝛ leui caſtigatōe nō incidit i canonē.ꝛ maxie quā i ꝓpria pſona voluit exercere.ar.ſ.e.vniuerſitatis.ff.locat.itē qriť.§.iulia/nus.ff.ad.l.acquil.ſed ꝛ ſi q̄cunq̧.§.vlti.

P Eruenit. ¶ Legiť multꝫ modis . ſed ſm cōem lec.h.d.vt in rubro. Et ē tex.ſin.ſm hanc lec. Ab. c ¶ Arbitrio. Ala.dixit q̧ iſta decre.ꝑtinet ſpecialē indulgentiā.alij dicūt q̧ ius cōe ꝑtinet.ad qḋ ergo po ſita eēt.xix.di.ſi romanoꝝ.vt officeret poti⁹ q̄ꝓdeſſet ꝛ in errorē duceret q̧ ꝑtineat ius cōe eſt.ar.ē.de ꝑſti. Gre.in ꝓh.libri.ꝛ ſic ꝑ h̄ licitū ē epis tales abſoluere ꝓ modica iniuria ꝛ leui irrogata.ꝛ hmōi leuis iniuria pōt leuiter emēdari.ē.de accu.cū dilecti.j.q̄ etiaꝫ non infamat.ē.de re iu.cū te.vnde ſatꝫ pn̄t epi bn̄ficio hu ius decre.abſoluere.tales ex generali ꝯceſſione .vel di cas.vt Ala.qḋ eſt ſecuri⁹.Bern̄.

q̄ ꝓ abſolutiōe taliū itrodu/cta ē obſerueť: nō ē excōican dū eidē. Idem. Sacerdos eijciēs regularē de eccl'ia offi cia diuina turbātē excōicat⁹ nō eſt. Caplm. XVI.

V Enienſ ad ap.ſe. J. lator pn̄tiū:ſua nob̄ aſſertio/ne mōſtrauit.q̧ cū matutina officia celebraret:q̄dam mo/nialis eccl'iaꝫ ingrediēs : cū alio clerico ludēdo:impedi/mētū p̄ſtabat:quo min⁹ deo diuinū poſſet obſequiū exhi bere. vn̄ memorat⁹ ſacerdos cōmot⁹:vt liberi⁹ poſſet cir/a ca diuinoꝝ celebratiōeꝫ va/care: manib⁹ in eā appoſitꝫ: vt extra eccl'iaꝫ poneret cum nollet exire:i trahēdo ipam coegit eādē extra eccl'iaꝫ re/ſidere. ſꝫ tu illū ꝓpť h̄ tanq̄ excōicatū euitaſti . ꝛ facꝫ ab alijs euitari. Ideoq̧ mā . q̄/te.ſi res ita ſe hꝫ:euꝫ decete/b ro nō euites. cū ex h̄ ipm ex/cōicatuꝫ nullaten⁹ videam⁹. Idē. Excōicati ꝓ leui ma/nuū iniectiōe i clericū pn̄t ꝑ epm abſolui. Ca. XVII.

P Eruenit ad nos: et.ſ. De his abſoluēdis : q̄ clericis non enormē ſed mo/dicam et leuem iniuriā irro/c garunt:tue fraternitatꝫ arbi trio duximus cōmittendum Idem. Clericus qui ſciēter ꝛ ſponte ꝑticipat excōmuni cato in diuinis officiis excō municatus eſt maiori et tm̄ abſoluendus per papam.

S Capitulum. XVIII. Ignificauit nobis : et .ſ. Uerum clericos qui ſciē/ter ꝛ ſponte ꝑticipauerūt ex cōmunicatꝫ a nobis : ꝛ ipos d in officijs receperunt: eadeꝫ excōmunicationis ſententia cum ipis non dubitamus in uolui.quos etiam pro bene/ficio abſolutionis habendo ad nos volumus:cum litte/raꝝ tuarum inſinuatione re mitti. Idem. Excōmunica/tus per iniectionem manuū in clericuꝫ vel incendiarius poſt publicationē a ſolo pa/pa abſoluiť. Caplm. XIX.

T Ua nos duxit frater/nitas conſulendos: et .ſ. ¶ Fraternitati tue taliter reſpondemus:q̧ cum nō ſo/e lum qui in clericos temera/rias man⁹ iniiciunt:ſed etiā f incendiarij : ex quo ſunt per g eccleſie ſententiam publica/ti :pro abſolutionis benefi/tio ad apo. ſe. ſunt mittēdi.

S Ignifica. ¶ Cōicās i diuinis excōica/tis ꝑ papam:qr diuina celebrat excōicat⁹ ē excō municatiōe ma/iori:ꝛ ꝑ ſolū pa/pā abſoluēdus. h.d.ſm vnū itel lectum. Uel ſm aliū. vt i rubro. Ab. d ¶ Ea/dem.ſ.q̄ ad ꝑua tionē ſacramen/toꝝ.ꝛ ſic intelli/gitur.xj.q.iij.ex cōicatos.ꝛ.c.ſe. vl' forte hi fuerūt excōicati cū om nib⁹ ꝑticipātib⁹ eis .xj.q.iij. ex cellētiſſim⁹.ſ.eo. qḋ in dubijs . in ſi. ꝛ ita expone. ea.ſnia ſcꝫ maio ri. vel iſti ꝑtici/pauerūt excōica tis in eodem cri mine crimioſis. ꝛ ita eadeꝫ ſnia cū illis ligātur. vnde remitti de bēt ad ſuū excō/municatorē ab/ſoluēdi.ſ.e.nup. ꝛ.c. ſi cōcubine. ꝛ h̄ veri⁹ credo. Bern̄.

T Ua nos ¶ Primo poniť deciſio ꝯſultatio nis. Secūdo re/ſpōſio.ibi: Fra/ternitati. Ab.

e ¶ Temerari/as:largi⁹ ē h̄ itelligēdū q̄ ſi violētas dixiſſet. Quedā em̄ man⁹ dicunť temerarie ſꝫ nō violente.ſ.e.ꝯtingit. f ¶ Incēdiarij. Incēdiarij em̄ excōicādi ſūt .xxiij.q. vlt.peſſimā.ꝛ ſm leges igni traduntur.ff.de incē.rui. naufra.q̄ edes.vt capite puniunť.ff.de pe.l. capitaliū .§.nōnū q̄.cū diſtinctione illius.§.nonnū q̄.Ber. g ¶ Publicati.ergo videť ex h̄ q̧ ipo facto ſint excō/municati.al's nō videť q̧ haberet locuꝫ publicatio .et ſic ē ar.ꝯ.xxiij.q.vl.peſſimā .vbi pcipiūt excōicati.vn̄ qdā reſtringūt h̄ ad incēdiarios eccl'iaꝝ ꝛ religioſoꝝ locoꝝ.ſ.e.ꝯqſti.ꝛ.xi.q.iij.canonica .ꝛ.xvij.q.iiij. oēs eccleſie.vnde poſt publicationē a papa tm̄ ſunt abſol/uendi.ꝛ hoc in odium eoꝝ ſtatutū fuit hic ad terroreꝫ alioꝝ:ſic q̄nq̧ ꝓuanť aliq̄ eccl'iaſta ſepultura ad ter/rorē alioꝝ.ē.de torne.c.j.ꝛ .ē.de rap .ſup eo.ſed quia hoc nō diſtinguiť de omnib⁹ intelligas. Tamen nō cre do q̧ oēs incēdiarij generaliter ipo iure ſūt excōicati

Idem. Legati de latere ab/ ſoluere poſſunt excōicatos ꝑ iniectione manuū in clericos. Ca XX.

Ad eminētiā ſedis apoſtolice: et .j. Sicut ex parte tua noſtris eſt aurib⁹ intimatū: tibi extitit dubiū vtrum abſolutionis benefi/ciū aſſequanť: qui ꝑ iniectione manuum in clericos: vľ alias religioſas ꝑſonas: ex/cōicationē incurrerūt: ⁊ a le/ a gatis cardinalib⁹ q̄ a latere romani pōtificis deſtinanť b ꝑ tꝑe abſoluunť: cū ijdē le/gati mādatū ſuꝑ hoc nō oſtē dāt expͤſſum. ❡ Suꝑ quo id a te volum⁹ obſuari: vt eos habeas abſqꝫ oī heſitatiōis ſcrupulo abſolutos quos cō ſtiterit a talibus beneficium abſolutionis adeptos.

Idem. Generalis excōmu/nicatio non ligat niſi ſubdi/tos ꝓferentis. Ca. XXI.

Nobis fuit ex parte tua queſitum: vtrum: c ſi quis ita ꝓnūciauerit: quiſ quis furtum fecerit excōmu nicat⁹ ſit: hec generalis clauſula ad ipſius excommunicatoris ſubditos referať: an generaliter extendatur ad omnes qui non ſunt de iuriſditione illius? ❡ Ad quod d dicimus: ꝙ hec ſententia nō e niſi ſubditi obligantur: niſi forte plus cōtulerit maior et largior auctoritas delegātꝭ.

Idē. Qui cū effractiōe ſpoliāt eccleſias excommunicati ſunt: ⁊ per papam tantum poſt denunciationem abſol uunť Ca. XXII.

Conqueſti ſunt nobis regiñ. canonici. ꝙ. J. de malafrena. ⁊ eius ſequa/ces: quaſdā eccleſias regiñ. epiſcopatus violenter cōfre gerūt: eaſqꝫ ſpoliare minime dubitarunt. ❡ Quoniam igiť grauia ſunt: nec clauſis debent oculis ꝑteriri: man/dam⁹ q̄ten⁹ ſi eſt ita: memo/ f ratos ſacrilegos excōicatos

nſſi de incendiarijs ecclīarū cū de alijs nō inueniā. Et ꝑ hāc decre. nō ꝓbať ꝙ ipō iure ſint excōmunicati ſed illis primo excōicatis ab epīs ſubſecuta publicatione ac denūciatione papa ꝑ hanc decre. reſeruat ſibi eoꝝ abſolutionē ad terrorē vt dixi. alias epī poſſent abſol uere oēs icēdia/rios. ſ. e. nuꝑ.

Ad emi. ❡ Primo poniť dubitatio Scđo dubitationis deciſio. ſecūda ibi: ſuper quo. Abbas. a ❡ A latere. q̄ dicanť miſſi a latere domini pa/pe. habes .s̄. de offi. leg. c. pe. et vlti. ⁊ in conſti. inno. iiij. e. ti. of/ficij noſtri. b ❡ Pro tꝑe. i. poſtqꝫ egreſſus eſt vrbē quouſqꝫ reuerſus eſt ꝫ iu riſditionez non habeať. niſi i ea ꝓuincia que ſi/bi decreta ē. ff. ꝺ de offi. ꝓ cōſul. l. j. ⁊ vl. ⁊ hoc ex officio legatio/nis: licet eis q̄ſ/uis de hoc non habeāt ſpeciale mandatū vt hic dicit. s̄. de offi. lega. ꝙ trāſlati/onē. ⁊ ſ. e. q̄uis. ⁊ s̄. e. ea noſciť de alijs qui non ſunt miſſi de la/tere pape an poſſint tales abſoluere. habes. vt. s̄. de of fi. deleg. c. pe. ⁊ vlti. Berñ.

Nobis. ❡ Primo poniť queſtio. Scđo ſolutio ibi: ad qđ. Abbas. c ❡ Quiſquis furtū. hac forma verboꝝ omnes noīatim intelliguntť excōicati q̄ furtū cōmittūt tanq̄ expreſſis ꝓprijs noībus. ff. ꝺ condi. ⁊ demō. nominatim. ⁊ inſti. de exhere. libe. §. maſcu/los. Berñ. d ❡ Non niſi ſubditi. Sed cōtra videť qꝛ rōne delicti efficiť quis de iuriſditione illius q̄ tulit ſnīam. vj. q. ij. placuit. ⁊. iij. q. vj. ibi cauſa. C. vbi ꝺ cri. agi oꝑ. autē. qua in ꝓuin. ⁊. s̄. de priui. ex tuarū. vbi ꝺ hoc ergo vniuerſi liganť cū q̄ꝫtum ad hoc ſint ei⁹ ſub/diti. Rñdeo ſi generaliter intellexit quiſquis furtū fe/cerit vbicunqꝫ clauſula iſta nō referť niſi ad ſubditos vt hic dicit quoniā extra parrochiā ſuā nullā habet iu riſditionē. vnde illa ſnīa nō extendiť vltra terminos ſue iuriſditionis. ff. de iuriſdi. om. iu. l. vlt. ⁊. s̄. de offi. lega. nouit. Comprehendit ergo tātū ſubditos ſuos ēt delinquentes in eius parrochia cū ex hoc ipſi ſubditi ſint. Nam ratione delicti ſortiť quis forum. s̄. de foro compe. c. vl. ⁊ in ꝑdicta concor. Nam ⁊ ꝑſes ꝓuincie aduerſos extraneos homines habet imperium cū ma/lum cōmiſerit. ff. de offi. ꝑſi. l. iij. nec diſtinguiť vnde ſint. vt ibi. Sed videť ꝙ per talem ſententiam nō ſint ligati alij de alia ꝓuincia cum ipſi ignorent talem ſen tentiam licet ibi. delinquant ⁊ efficianť de foro illius. vt ꝑ hoc illos poſſit punire. ſententia. n. nō ligat igno/rantes. ⁊ ꝑcipue illos quibus publicata nō eſt. lxxxij. di. ꝓpoſuiſti. xvj. di. quod dicitis. dicas ꝙ bene ſunt excōmunicati: qꝛ icidunt in factuꝫ damnatum ⁊ q̄/cūqꝫ facit factū iam ꝑ ſententiā excōmunicatio/nis damnatū iu dicať excōmuni/catus quaſi a canone. ar. xxiiij. q. j. c. ſ. ij. ⁊. iij. ⁊ ꝓpter delictum ibi cōmiſſum in/telliguntť eſſe de parrochia ſua. ⁊ ſic excommuni/cati ſunt nec ex/cuſanť eo ꝙ di/cunt ſe ignoraſſe ſententiam. quia ipī cū rem illici/tā ⁊ ꝓhibitā fa/ciant ſtatim ſūt in culpa ⁊ potuerunt querere de hoc. Quid ſi moriať vel tranſfe/ratur. ad illā ec/cleſiam qui tulit aliam ſententiā nūq̄d tenet poſt mortem vľ receſ ſum. vt qui con/trafaciēt ſint ex cōmūicati? videtur ꝙ ſic. qꝛ ſcri pta epōrum anathematiꝫant etiam poſt mortem ⁊ facere poſſunt decretum. ita vt qui cōtrafacit puniť. iij. q. iiij. nullus. ⁊. s̄. de ma. ⁊ obe. c. ij. ⁊. s̄. de offi. leg. c. vl. Ar. cōtra dicit lex ꝙ interdictū nō durat vltra iuriſditionē interdicentis. ff. de pe. l. vl ti. Dici poteſt ꝙ inťdictū ſiue ſententia excōmunica/tionis ſimpliciter lata nō durat vltra tempus ꝑferen/tis: niſi ſucceſſor eam cōfirmet ⁊ ratā habeat. Sed cū diffiniendo ſtatutum ſiue decretū aliquod facit. ligat etiam poſt receſſum. quia ſtatuta talia perpetua ſunt s̄. de offi. lega. ca. vlti. ⁊. ff. de offi. prefec. vr. l. j. §. vl ti. C. de poſt. l. j. niſi expreſſum per ſucceſſorem reuocetur. Bernhardus. e ❡ Niſi forte plus. arg. ꝙ ſen tentia que nulla eſt poteſt rata haberi. et erit aliqua ij. q. j. in primis. Bernhardus.

Conqueſti ſunt. ❡ Primo ponitur querela. Secundo iudicum datio. ſecunda ibi: quoniam igitur. Abbas Siculus. f ❡ Excommunicatos nuncietis. ergo videtur ex hoc ꝙ ipſo iure ſint excom/municati huiuſmodi ſacrilegi. quod verum eſſe de huiuſmodi violatoribus et fractoribus eccleſiarum ſiue incendiarijs. xj. q. iij. canonica. ⁊. xvij. q. iiij. omnes eccleſie de quibus intelliguntur illa duo capi. Alij vero non ſunt excommunicati ipſo iure ſed excōmunicandi vt dictum eſt. s̄. e. tua. Hug. tamen dicit ꝙ illa. c. nō

ſunt late ſententie. ſed hec decre. cōtrarium oſtendit. ⁊ ita etiam ſeruat̄. ſed Hug. intellexit. c. illa nō de effractoribꝰ eccl'iarū. ſʒ de his qui aliunde aliqua rapiunt p̄ter effractionem. Bernhardus.
a ❡ Repſentent. ex quo. n. incendiarij vel effractores eccleſiarū publice denūciati ſūt nō poſſunt abſolui niſi a papa ſed ante dū ſi ſatiſfacere volunt qꝛ cōditor canonis ante denunciationē eoꝝ nō retinuit ſibi eoꝝ abſolutionē. ſ. e. nu p. ⁊ h̄ ad terrorē oīm ſtatutū fuit ꝓpter enormitatē exceſſus ſ. e. tua. Ber.

P Erpēdi. Legit̄ varijs modis. ſed generalit̄ ſic ſūmari pōt vt in rubro. Prio ponit̄ conſultatio. ſecūdo rñſio ibi fraternitati tue.
b ❡ Nō ꝓpulſando: nam vim vi repellere licet ſ. e. ſi vero. §. ij. ⁊ ſ. de homi. ſignificaſti. vbi d̄ hoc.
c ❡ Abſolutionē. ſic. ſ. e. cū nō ab hoīe ⁊ ſ. d̄ apoſta. c. j. ī. e. in audiētia ſ. ſʒ illud ſolutū eſt. ſ. eo. cū non ab homine.
d ❡ Cogant̄. ſʒ ſ videt̄ clericus nō pōt renūciare priuilegio ſuo ī. e. cōtingit. ⁊ ſ. de fo. cope. ſi diligenti. dic q manendo clericus nō pōt renūciare vt in cōtrarijs. ſed apoſtatādo ab habitu ſuo poſt trinā admonitionē vel immiſcendo ſe enormitatibꝰ priuilegiū amittit: vt hic ptz. ⁊ ſ. e. cū nō ab hoīe. ⁊ ī. e. in audientiā ⁊ c. cōtingit. ipo em̄ facto ſe priuāt talia faciendo. ſ. d̄ vi. ⁊ hone. cleri. c. vl. ⁊ ſ. de cle. cōiu. c. pe. arg. Bern̄.
e ❡ Cōpetentē. paulo maiorē q̄ ſi in laicos talia cōmiſiſſent. ſ. e. cū nō ab hoīe. in fi. ſed quare imponit̄ ei penitētia. qꝛ q̄ auctoritate iudicis malos interficit miniſter dei eſt. xxiij. q. v. miles. ⁊ c. qui malos ſatis poteſt dici qd ad cautelā imponit̄ pnīa ſi comes ille habeat ptātem hoc faciēdi: alias ſecus eſt vt hic. ⁊ in. c. cū nō ab homine. in fine. Bern̄.

U Niuerſitatis. ❡ Abbas qui facit p aliū monachū verberari ipē ⁊ verberās ſunt excōicati. ⁊ nō abſoluunt̄ niſi a papa. Vel generaliꝰ vt in rubro. In prima ponit̄ cōſultatio. in ſcda rñſio ibi: Nobis. Ab.
f ❡ Subeſt. Ideo dicit maxime. qꝛ idē eſt etiā ſi cauſa ſubeſſet vt infra ſequit̄. ſed hoc executor nō cōſiderat q̄ exequi debet ſiue ſnīa ſit iuſta ſiue iniuſta. ſ. de offi. de le. paſtoralis. §. qꝛ vero. Bern̄.
g ❡ Perſona. ſic. v. q. v. illi q̄. ar. ſ. lxxxvj. diſ. nō liceat. ⁊. C. d̄ epi. ⁊ cle. aūt. ſʒ neq3. Sol. aliud eſt in epo ⁊ ſpāle q̄ ſuis manibꝰ nullum pcutere debet cui ſanctitas ignoſcendi gloriā derelict. C. de epi. ⁊ cle. ſi quis in hoc. ſed abbas hoc facere pōt vt hic. ⁊ xlv. di. cū beatꝰ.
h ❡ Fieri iubeat moderate. ita q nō excedat debitā correctionē alias pōt appellari ab ipſo. ſ. de offi. ordi. irrefragabili ⁊ puniri etiā debet. ſ. de appel. d̄ ho ore ⁊ incideret in canonē. qꝛ leuis ⁊ moderata caſtigatio pmiſſa eſt. ī. e cū volūtate. §. ij. vbi de hoc.
i ❡ Subeſſet. licet iuſta cā ſubſit qui aliter q̄ debeat facit nō excuſat̄. ī. e. ſacro. ⁊ ſic neq3 in facto neq3 i modo facti debet eſſe peccatū ſic. ſ. de reſti. ſpo. piſanis. ar. ſ. q potius cā facti q̄ ipm factū cōſiderari debet. xxiij. q. vl. occidit. ⁊ ſ. de accu. cū dilecti. j. ff. de fur. verū. nec refert vndecūq3 crimīa claruerit vt corrigant̄. xxiij. q. iij. ecce.
k ❡ Nequaq̄ euadūt: etiā ſi monachus cōſentiret. ī. e. cōtingit. ar. ſ. ī. eo. vt fame. vbi clerici p laicos capiunt̄. Nō eſt cōtra. qꝛ in alio caſu diuerſo loquit̄. ibi de clerico qui aliter capi ⁊ corrigi nō poteſt niſi de mandato platorum capiat̄ ⁊ ad iudicium adducatur. Bernhardus.

I N audientia. Clericus qui a plato. tertio monitus arma militaria nō deponit perdit omne priuilegium clericale. hoc dicit. Vel generalius vt in rubro. Prio ponit̄ ꝯſultatio. Scdo rñſio ibi. ad hec. ab.

---

nūcietis ⁊ faciatis ſicut excōicatos artiꝰ euitari: donec paſſis iniuriā: ꝯgrue ſatiſfaciant. ⁊ dāna p eis data reſartiant. Et cuʒ lr̄is vr̄is rei veritatē cōtinētibꝰ: ap. ſe. cō
a ſpectui repn̄tent. I dem. Percutiēs vel etiā interficiens clericū ſe dimiſſo clericali habitu ſeuis ⁊ enormitatibꝰ immiſcentē nō tenet̄ ire p abſolutione ad ſe. ap.

P Erpendi Ca. XXIII. mꝰ ex lr̄is tuis: q quidā ſe filiū regis falſo noīare p̄ſūpſit: ⁊ armis acceptis ſeditionem fecit ⁊ guerrā. a. B. comite iuſſus eſt fuſtigari: q̄ poſtea eiꝰ mādato traditꝰ patibulo expirauit. et. ī. ❡ F. t. duximꝰ rñdendū: q ſi memoratus ſacerdos tali mō exceſſit: ⁊ nō p pulſando
b ſʒ inferēdo iniuriā fuit occiſus: nō videt̄ nobis q interfectores eiꝰ: ꝓpt̄ hoc ad ob
c tinēdā abſolutionē apo. ſe.
d adire cogant̄. tu xo qui merita pſonarū bene noſti: pe
e nitētiā eis cōpetētē iniūgas. I dē. Iudex eccl'iaſticus faciēs pcuti clericū p laicū etiam cauſa diſcipline excōmunicatꝰ eſt ipſe ⁊ verberans ⁊ p ſolutiōe tenent̄ ire ad papam. Ca. XXIIII.

U Niūſitatis veſtre cōſultationē accepimꝰ: q̄ nos req̄ſiſtis: vtrū laicꝰ incidat in excōicationis edictū: qui ad iuſſionē abbatis in cuiꝰ ſeruitio cōmorat̄: in clericū monachū aut cōuerſuʒ temerarias manꝰ p̄ſumit iniȷcere
f maxīe vbi cā nō ſubeſt: ꝓpt̄ quam debeat verberari. ❡ Nobis aūt videt̄: q niſi cā regularis diſcipline h̄ fa
g ciat: abbas in ꝓpria pſona: vel ſi neceſſitas vrget p cle
h ricū vel monachū fieri iubeat: tā q̄ tales verberari p̄cepit: q̄ illi q̄ verberant̄ (etiā
i ſi cā ſubeſſet) excōicationis ſnīam: donec ad apo. ſe. ve
k niant nequaq̄ euadūt. I dē. Clericus vt laicus incedēs tertio monitus nō reſipiſcēs pdit priuilegiū clericale.

I N audiētia Ca. XXV. noſtra talis fuit ex parte tua propoſita conſultatio vtrum clerici qui arma militaria: relicto habitu clericali: geſtare nullatenus erubeſcunt: ſi eis fuerit iniuria corporalis illata vel ſe a captione redemerint: illa clericorum debeāt immunitate gaudere: qua pro temeraria manuum iniectione facta in clericum: excōmunicatus quis ipo iure notat̄. ❡ Ad hec tibi breuiter reſpodemꝰ: q cū

